





502.



שנה יובל

h. e.

ANNVM HEBRAEO-  
RVM IVBILEVM,

Lev. XXV expositum,

PRO LOCO,

In Amplissimo Philosophorum Ordine

benevole dato,

M. IO. CHRISTIANVS BVCKIVS,

Graefenhayn. Saxo,

declarare,

ac

συμφιλολογεῖν

M. IO. HENRICVS GVNCKEL,

Keula-Schwarzburgicus,

constituit,

*VIII Eid. Februar. Anno cIo Iccc.*

---

VITEMBERGAE,

Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.



VIRO  
ILLVSTRI ac GENEROSISSIMO  
DOMINO  
HARTMANN LVDVVIG  
de VVIZLEBEN,

Domino Haereditario in VVartemburg  
& Rackith,  
Serenissimi ac Potentissimi Regis Po-  
loniarum & Electoris Saxoniae in rebus  
bellicis expediundis Commissario  
gravissimo,


*Domino ac Patrono suo Summo,  
omniumq; maxime honorando,*

Diatriben hanc Philologicam  
demisse

offert

PRAESES





## anni Iubilei commenta-

tione quod consumitur studii,  
vel iccirco male collocatum existi-  
mari non debet, quia librorum sacro-  
rum meditatione continetur. Quae

quam & laudabilis & fructuosa & di-  
gna Christiano homine, Davides, va-  
tes divinus, semel & iterum peritissime declarat. Ex cuius  
mente iuniores quoque Hebraei monent praeclare: בתורה  
עמלת שכרך הרבה *e re sua facere egregie, qui in lege divina  
elaborant.* Remissioem curam oportere agi consuetudinum  
rituumque ad Iudaeorum veterum aras, forum & focos per-  
tinentium, non nego: tantam tamen mereri, quantum est  
illarum rerum probe cognitarum in Christi sermonibus,  
scriptisque Prophetarum atque Apostolorum intelligendis  
tuendisve usus, confirmo. Romani nunc habent anni iu-  
bilei solemnia, quae dudum ornarunt, atque orbi, quem  
invitant, ut probent, solent Hebraeorum exemplum adfer-  
re. Quam rationem, nisi Iudaicum ritum perspectum,  
habeat, apte existimaverit nemo. Rei difficultatem agno-  
sco, qui vel Scaligeros, Petavios, Cunaeos, Torniellos,  
& alios clarissimi per orbem nominis viros in hoc argu-  
mento a compluribus memini notatos. Quibus sicut non

▲

ubi-



ubique omnino iniuriam fieri cenſeo ; nam <sup>قيل ان</sup> *قيل ان* *هو* *الانسان* *اللتصان* dicitur homo eſſe filius deſe-  
*ctus* : ita omnibus hac de re tractantibus, ſi forte minus  
ad lectoris palatum ſentiant, illorum exemplum dabit ex-  
cuſationem. Nos certe, quo viam ingrediamur tutiorem,  
illud cum primis nobis negotii datum putamus, ut diligen-  
ter Moſis, fidiffimi ducis, perſequamur veſtigia, neque cal-  
lida nimis interpretatione, tum probi explanatoris officia  
derelinquamus, tum veritatis iacturam atque damnum fa-  
ciamus. Accipias ergo, lector, benigne capita potiora,  
ideo prius expoſita ſtrictim, & uberius deinceps explicata,  
ut volentibus haec primo ſtatim cernere obtutu, facere-  
mus ſatis, & penitus quoque pernoscere cupientibus mo-  
rem gereremus.

I.

**P**romulgatum eſt iubileum a Deo per Moſen  
in monte Sina anno altero, poſtquam popu-  
lus Hebraeus ex Aegypto eductus erat, A.M. 2454,  
P. I. 3218, C. ☉ 26, ☽ 8, A. C. N. 1495, menſe Mar-  
tio circiter extremo.

§. 1.

**P**rimordia tractationis ducimus ab institutione, ut, an ſit  
iubileum, & quando coeperit, prius videamus, quam, quid  
ſit, inveſtigemus. Auctorem & inventorem, Deum immor-  
talem, iam innuimus, nixi ipſius promulgationis exordio, ubi,  
quae hac parte continentur, Moſi a יהוה ut ad populum defer-  
ret, mandata reperimus. Quod divinum nomen ex Hebraeo-  
rum mente oſtendit, quae ratio ſummum Numen intrinſecus  
induxerit ad hoc institutum. Etenim illi, ut per אלהים Dei  
iuſtitiam ac tribunalis coeleſtis ſeveritatem indicari credunt, i-  
ta, illud miſericordiae & gratiae nomen eſſe, omnino ſunt per-  
ſuaſi.



svafi. Sic docent ex Exod. XXXIV, 6 *Cabbaliftae*; & *Z'har in Levit. Sect. מות אחרי* col. 116. R. Schimeonem ad filium R. Elie-ferum loquentem inducit: יהוה בכל אתר רחמי ובשעתה דמהפכי חייבויא רחמי לדינא כרין כתיב יהוה וקרינן **אלהים** i. יהוה *ubique misericordiae est, quum vero mali misericordiam vertunt in iudicium, tum scriptum est יהוה & legimus אלהים*. Haec quanti sint, nostrum non est, ut nunc iudicemus, quando res ipsa satis fidei facit, esse hanc de iubileo legem ex benigna Dei in pauperes miserosque voluntate profectam, quanquam sordidi nonnulli, & gulae immensae homines fortasse, per illud aegre sibi fieri, sint conqvesti. Conf. Amos VIII, 4. 5. 6. *Philo πρὸς τῆς Φιλανθρωπίας p. 704. ed. If. luculentum amoris & gratiae argumentum hic perspexit: τί ὅσα πρὸς τῶ πεντηκόςθ' ἐπιζυτῶ ἀγατέτακται, πᾶσαν ἔχ' ὑπερβαλλει Φιλανθρωπία;* *Quid?* inquit, *quae de anno quinquagesimo sancita sunt, nonne omnem superant caritatem?* Unde simul palam fit, extrinsecus Deum ad hoc consilium non movisse, nisi egenorum & afflictorum conditionem miserandam. Haec causa est, quod subinde v. 25. 35. 39 inculcat illud: **כי יומן אחיך** quum attenuatus fuerit facultatibus frater tuus. De quo infra plura.

§. 2. Qvi, ut Arabibus vocatur, **كَلْبٌ** familiaris Dei, & ejusdem in legibus ferundis administer perpetuus erat, Moses, hic quoque eidem summo Hebraeorum Domino, operam suam commodavit, vir sine controversia magnus, &, dum vivebat, summa auctoritate imperator. *Συδέσει τῶς πώποτ' ἀνθρώπων ὑπερβαλὼν, καὶ χρησαμένη ἄριστα τοῖς νοηθεῖσιν. Εἰπέιντε καὶ πλήθεσιν ὁμιλήσαι κεχαρισμένη. Τάτε ἀλλὰ καὶ τῶν παθῶν αυτοκράτωρ, ὡς μηδὲ ἐκείναι τί τῶτων τῆ ψυχῆ δοκεῖν αὐτῶ, καὶ γνώσκων μόνον αὐτῶν τὴν προσηγορίαν ἐπετῶ παρ' ἄλλοις αὐτῶ βλέπειν μάλλον ἢ παρ' αὐτῶ. Καὶ εργατηγός μὲν ἐν ὀλίγοις. Προφήτης δὲ, εἶπὲ ὅσα ἀλλῶ, ὡς ὅτι ἀνθρώποις δοκεῖν αὐτῶ λέγοντῶ ἀκροαθῶ τῶ θεῶ, Vir omnium, quotquot nunquam fuere, prudentissimus, & qui consilia bona*



bona optime nosset exequi: adhaec eloquentia & in tractando po-  
 pulo gratia & dexteritate incomparabilis: adfectus quoque ita  
 semper in potestate habuit, ut omnino illis carere videretur & no-  
 mina tantum eorum ex his, quae in aliis hominibus conspiceret,  
 cognita habere. Imperator idem cum primis bonus, vates vero,  
 qualis nemo alius, ut omnia eius verba vim oraculorum obtinerent.  
 Fl. Ioseph. Antiqv. lib. IV, cap. VIII, extr. pag. 132. ed. Col. Ast  
 regem dicere, summa potestate praeditum, nefas putamus, quo-  
 niam nec *Adrianus Houtwynus*, *Ictus Batavus*, illorum temporum  
 apud Iudaeos monarchiam, neque *Carolus Sigonius* aristocrati-  
 am, nec *Menochius* imperium ex utraque forma mixtum eruditus  
 adhuc probarunt. Dudum enim *Iosepho* assentiuntur, qui lib.  
 II. contra *Apion*, pag. 1071 illa explosit, & Iudaicam illius tempo-  
 ris rempublicam *ἡγεμονίαν* convenienter dixit. Quod firmat  
 Samuel, qui ad populum verba faciens ait: יהוה אלהיכם  
 מלכם Dominus Deus vester est rex vester, 1. Sam. XII, 12.  
 Proinde non est, quod magnopere moveamur verbis *Deuter.*  
 XXXIII, 4. 5, ubi *Moses* legem praecepisse, & rex in recto fuis-  
 se memoratur. Certi enim sumus, locum hunc, siquidem de  
*Mose* intelligendus est, magis speciem regiam virtutemque, quam  
 dignitatem, ac potestatis fastigium probare. Quam mentem,  
 licet in maximo eorum, qui scripta Mosaica explicare aggressi  
 sunt, dissensu *Vatablus* & *B. Lutherus* probe animadverterunt.  
 Ille בישרון מלך vertit: & fuit in recto, i. e. tanquam  
 rex: hic Er verwaltete das Amt eines Königes. In eandem  
 sententiam *R. Bechai* inter alia in h. l. interpretatur: יהוה  
 בישרון מלך זה משה ששמעו כל ישראל התורה  
 & מפורשה מפיו והענין כי הוה היר כמלך  
 fuit in recto rex: hic est *Moses*, e cuius ore universus *Israelitarum*  
 populus accepit legem expositam, & hoc est, quod ipse fuerit sicut  
 rex. Per nos equidem proregem, principem ac legislatorem  
 voces, illud duntaxat firmum esto, nec iubileum ipsius pruden-  
 tia consilioque excogitatum, neque legem super illo ejus aucto-  
 ritate editam ac perscriptam esse. Minister fuit, qui exponendo  
 con-



consignandoque lingvam Deo suam & manum commodavit.  
Cuius rei non opus est, ut longe argumenta foris arcessamus,  
quia ipsius legis initium, Mose omnia de jubileo divinitus dicta  
esse, testatur. וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל-מֹשֶׁה Ubi observandum  
וַיְדַבֵּר, cum אֶל iunctum, alloqvendi notionem obtinere, ne for-  
te existimetur, quia Deus cum Mose sermonem habuit, hunc vel  
consilium dedisse, vel in consilium adhibitum esse, vel oracu-  
lum saltem de lege, iam abs se concepta, expetiisse. Alloqveba-  
tur Deus Mosen tacitum; & nihil istorum vel animo volventem,  
vel voce eloquentem ultro omnia edocebat. Quid? quod eti-  
am diserte ministrum in tota domo sua fidelem appellavit,  
Num. XII, 6.

§. 3. Non potest jam obscurum esse, quomodo promul-  
gatum sit iubileum. Πολυτρόπως, quae voluit, inde ab ulti-  
mis temporibus Deus hominibus aperuit, quancquam Iudaeos in-  
ter & Christianos, imo & inter hos ipsos non omnino conve-  
nit, quot universe modi numerentur. Quatuor Iudaei exhibent,  
atque vel prophetia, vel Spiritu S. vel per Vrim & Thummim, vel  
denique per filiam vocis, quam vocant, omnia divina homines  
cognovisse tradunt. Ex Christianis *Augustinus Lib. XII. de Ge-  
nesi ad Lit. cap. XXV*, & post eum omnes de schola homines,  
literarumque sacrarum doctores tria significationum divinarum  
genera fecerunt, nempe sensibilem, imaginariam & mentalem,  
quae ad totidem cognoscendi facultates, sensum externum, phan-  
tasiam & mentem, retulerunt. *August. Steuchus* quinque notavit  
ex Num. XII, 6. 7. 8. visionem, somnium, aenigmata, figuram &  
allocutionem divinam. Nonnulli interpolant Iudaeorum e-  
numerationem, & prophetiam, Spiritum S. visionem, Vrim &  
Thummim, ac filiam vocis recensuere. Per commode alii signa,  
quibus voluntatem suam aperuit Deus, in externa & interiora  
partiti sunt. Per externa vocem, quae auditur, speciem, quae  
oculis usurpatur, & significationem ex voce specieque mixtam,  
qualis Exod. III, 4 legitur, intelligunt. Interioribus somnia,  
ἐνσπύσεις, adflatusque divinus seu inspiratio continentur. Mose  
singularis cum Deo consuetudo sermonis fuit, atque hoc de iubi-



leo institutum similiter voce ipsi est significatum. Nam **וידבר אל משה** **יהוה** allocutus est Deus Mosen. Divinae modum locutionis curiosum est plane scire velle, potest interim vel sciendi cupidissimo satis esse, si norit, Deum allocutum esse Mosen facie ad faciem, quemadmodum alloqui solet quis amicum suum, Exod. XXXIII, 11, nec vel visione, vel somnio, vel per aenigmata cum eo egisse. Non ex Deo audita confestim excepit ac perscripsit, sed, postquam de monte descendit, consignavit. *Iosephus Antiqv. lib. III, c. X. p. 96.* cum legem de iubileo exposuisset, subiungit: *Ταύτην μωσῆς τὴν ἀτάξιν τῶν νόμων, ὅσα ἦν ἐν τῷ σίναιον καὶ ἰδρύσκει τὴν στρατιάν, ἐξέμαθε ὡσαύτως τῶν θεῶν, καὶ τοῖς ἐβραίοις γεγραμμένην ὡσαύτως δίδωται, has leges Moses in castris in Sina populo tradendas accepit a Deo, moxque literis mandatas ad posteros etiam observandas transmisit.* Causam, cur non tabulis lapideis hanc similesque leges exararit, quae tamen verosimiliter inveniri fortasse possit, non sciscitamus.

§. 4. Pro solio, unde mandatum de iubileo ad populum daret, Deus optimus maximus elegerat **הר סיני** montem Sinaeum. Hunc a **סני** rubo appellari certum est, etsi non perinde appellationis ratio constat. Partim a rubo ardente, in quo se Deus Mosi conspiciendum praebuit, alii aliunde dictum volunt. Hebraei nomen ortum scribunt **כי האבנים כי הן הנמצאים בו יצויר עליהם הסני** quod in lapidibus in eo inventis rubus fuerit expressus, ut censent commentatores in *More nebhuch. Par. I, cap. 68*, quorum alter, *Ephodeus*, fragmenta quoque lapidum istorum, rubi figuram exhibentia, se vidisse adfirmat. Arabiae petraeae mons est Gal. IV, 25. multis rebus clarus ac celebratus. Alterum ejus iugum Chorebus, quapropter duo ista nomina saepe inter se permutantur. Eliam nominatim ad Chorebum abiisse codex sacer refert. *Ios. Antiqv. Lib. VIII, c. VII, p. 288.* ad Sinæum montem pervenisse scribit. Vulgo solum hic arena adfluere, ac propterea exile, macrum & aridum esse ferunt. *Iosephus vero Antiqv. Lib. II, cap. V. pag. 60.* **ὄρεσ νομάς ἀριστον ἀγαθῆς φουμῆς πῶας,** pascuis valde com-  
modum



*modum esse, & abundare herba, prodit.* Vtra verior narratio,  
 non contendemus, praesertim quum plerique montis radicibus  
 fertilitatem & mitiorem terram non omnino negent, atque hac  
 ratione Flavio se reconciliari patiantur. Hodie sane coenobium  
 XL Martyrum hortum adiunctum habet, oleis, amygdalis arbo-  
 ribusque punicis, atque aliis confertim confitum, herbas quoque  
 effert suaviter olentes. Imo reliqua monachorum Graecorum,  
 quos Calogeros vocant, Pontificiorum porro & Aethiopum Mu-  
 hammedanorum, coenobia & sacella pleraque hortos perquam  
 amoenos propter se habere perhibent. Vid. *Neitsch. Cosmotb.*  
*part. III. lib. 5.* Tametsi vero cultura fortasse mitigatus hodie  
 mons liberalior sit & largior frugum: tamen vel Sinae & Cho-  
 rebi, petraeae item Arabiae nomina satis arguunt, natura sua  
 quondam asperum, neminem magnopere ad se invitasse. Proin-  
 de, cur Deum eius ceperit amor, mirum alicui videatur. Scili-  
 cet Numen beatissimum, quod est semper tum in maximis, tum  
 in aeternis voluptatibus, alia ratione loca aestimat, atque miseri  
 mortales metimur. Ecquid autem Deus ex monte & loco edito  
 potius, quam humili decretum hoc suum promulgavit? Recte  
 vero; ut declararet, **כִּי יְהוָה עֲלֵיוֹן עַל-כָּל-הָאָרֶץ מֵאֵר**  
**עַל-כָּל-אֱלֹהִים** se Dominum excelsum esse supra  
 omnem terram, valde supra omnes Deos elatum, Psal. XCVII, 9.  
 Quam etiam causam non inepte dixeris, quod mons Sinaeus ex  
 omnibus illius solitudinis montibus potissimum fuerit electus,  
 quia nempe eminebat inter omnes. *Τὸ σινᾶϊον καλεῖται ἄ-  
 ρεττον ὑψηλότερον τῶν ταύτης ὄρων, Sinaeus qui vocatur mons,  
 celsissimus est omnium in ea regione, Ioseph. d. l.* Consentiant ho-  
 dierni itinerariorum scriptores, atque ex iugo S. Catharinae o-  
 mnium excelsissimo mare rubrum atque Indicum, imo & Aegy-  
 ptum prospici posse testantur. *Stammer. itin. c. IV, p. 104.* per  
 gradus 14660. ascendit ait. Ostendunt hodie locum, ubi Moses  
 viderit rubum ardentem, cisternam, quae oves potaverit,  
 locum, ubi a Deo tabulas legis acceperit, petram ab ipso percuf-  
 sam ad aquam eliciendam & alia. Imo ne locum ignorari qui-  
 dem putant, ubi legem de iubileo acceperit. Saxum enim ca-  
 vum,



vum, figuram hominis interius referens, ibi est, quo locuturus cum Deo se abdidisse dicitur, & ex quo nonnemo colligit, Mosen robustiore virum corpore fuisse.

§. 5. Temporum rationes impeditae vehementer sunt. Abstinebimus interim hoc loco operosiore inquisitione, & viam designandorum temporum tritissimam, eandemque, ut opinantur, ipsis Hebraicis historiae diviniore codicibus cum primis conformatam, ingrediemur. Incidit eluvio per Gen. V, 3-29. VII, 6. in A. M. 1656 Dehinc, dum oraculo certior fieret Abrahamus de Christo, ex posteris suis orituro, effluerunt anni 367 per Gen. XI, 10.-26. XII, 4. Annis post hanc praedictionem 430 educti Israelitae ex Aegypto per Exod. XII, 40, coll. Gal. III, 17. Hoc educationis anno elapso, sequenti mense primo, sive Martio, eoque circiter extremo lata lex de iubileo per Exod. XL, 17, Num. I, 1. Qui collecti dant annum M. C. quo facta promulgatio, 2454 Huic numero si addideris anticipatos per Periodum Iulianam 763 annos, mensesque annumeres, efficies A. P. I. 3218. Quo diviso per duodetriginta, relinquetur 26 C. ☉ annus; sin per quindecim, qui residui sunt 8, dant annum C. D. Esto iam A. N. Chr. A. M. C. 3949, ac subtrahantur superiores 2454, & patebit, fuisse annum A. Chr. N. 1495. Epochae Olympiadicae initium si repetatur ab A. P. I. 3938, & V. C. 3962, ac demantur utrinque superiores 3218, deprehendetur, mandatum de iubileo anteveruisse Epoch. Olymp. ann. 720, & V. C. 744.

§. 6. Minus recte igitur in antiquiora tempora iubilei originem reiiciunt nonnulli, quos enumerat *Slevogt. de Iubil. thes. II.* Sunt (a) qui cum mundo ortum fingunt, ut Bucholzerus in *Chronol. Chytraeus & Cornel. a Lap. in Levit. & alii, Eusebium in Chronico* secuti. Neque hi excusatione idonea utuntur, aut argumenti nostri vim effugiunt, cum hoc de mundi iubileo, non Mosaico, se intelligere dicunt. Nihil etiam opus est, ut inter se dimicent, sitne derivanda origo iubilei a primo die, quo Deus mundum condere coepit, an a septimo, quo res producere cessavit, an a tempore illo felicissimo, quo primum hominum par in paradiso



radiso fruebatur. (β) *Cum Cosm. Montigiano de Iubil. l. 1. c. III* quidam ex naturae lege derivant, atque hac sunt mente, Deum anno ab eluvione quinquagesimo, quum reconciliationis foedus feriret cum Noa eiusque posteritate, omni que eos rerum copia & affluentia auget, fundamenta anni iubilei iecisse. Ceteri (γ) inter quos *Hugo Card. in Lev. XXV*, incunabula ejus se reperisse arbitrantur in victoria Abrahami, quae XIV Gen. legitur relata: occasionem praebuisse Loti aetatem, cuius tunc quinquagesimus annus fuisset impletus. כאשר נצול לוט מהמלכים בזכורת אברהם היה ללוט חמשים שנה ויהי לו שמחה גדולה ומכאן אמרו שנצטוו בני ישראל לעשות היוכל שרל כחילת עונות ואחריהם יתר האומן נהגו זה לסיבה h. e. *Quum liberatus esset Lotus a regibus Abrahami beneficio, annos habuit Lotus L, & gavisus fuit valde. Atque exinde dicunt accepisse Israelitas mandatum servandi iubilei i. e. remissionis peccatorum. Post eos aliae gentes traxerunt ad imitationem. Quod ex R. Gedalia Schalsch. Hackabb. p. 95 Io. Heinr. Hottingerus Smegm. Orient. p. 326 adfert. Cum his dissentiunt aliqui, & rationem inde petunt, quod tunc L anni praeterierint, ex quo Abrahamus, oraculo commonitus, e terra, ubi primum, incolebat, egressus esset.*

## II.

**A**ppellatio Iubilei Hebraica est, & a cornu arietino, quo promulgabatur, ducta.

### §. 1.

**L**egislator annum hunc solemnem Mofi, populoque sibi addicto, nomine יובל edixit. Quod recte arcessitur a יבל, verbo, uti nec Hebraeis neque ulli, quod meminissim, genti in coniugatione simplici usitato, sic notione & valore suo per obscuro. Nam Aethiopum *iababa*, quod equidem iubilandi significationem habet, & *iebabe* jubulum procreat, ad יבב, vociferandi vim obtinens, referendum. Quod autem *Io. Clericus Lev. XXV* tradit, clangoris edendi significationem principio fuisse

B

se ver-



se verbo יובל, id utinam liquido confirmaret, neque sola conjectura niteretur. Quoniam igitur de origine seu radice certi & plane firmi nihil indagare licet, quid ipsum nomen יובל sibi velit, tantum videamus. Nempe aries proprie est יובל, συνεκδο-  
 χικῶς aut μετωνυμικῶς arietinum cornu sive buccina, μετα-  
 ληπτικῶς denique annus hic festus, buccina istiusmodi promul-  
 gatus.

§. 2. *Prima* significatio, ex qua reliquae enatae, antiquissi-  
 ma, perrara item, & seqvioribus temporibus oblitterata esse vide-  
 tur, ut איל ejus valorem per usum Hebraeorum obtinuerit. Li-  
 quet illa interim (α) ex Ios. VI, 5. ubi קרן היובל omnium a-  
 ptissime per cornu arietis convertitur. Permulti ipsum iubile-  
 um denotari, & cornibus anno isti propriis hic utendum fuisse  
 existimant. Sic LXX Graeci retinuerunt ἰωβήλ. B. Lutherus  
 in eandem sententiam vertit des *Hall-Zahrs Horn*; quem se-  
 cutus *Luc. Osiander* cum *Hieronymo* & *Vulgato* explanatore inter-  
 pretatur buccina sive tuba, cuius usus in iubileo; *Andr. Masius*  
 cornu iubelis, *Sebast. Schmidius* cornu iubili. Sic *Abarbanel* in  
*b. l.* scribit: אחשוב שרצה שיתקעו בשופרות המיוחדים  
 לתקוע בהם בשנת חובל כמו שאמר והעברת שופר  
 תרועה h. e. *Ego quidem existimaverim, voluisse eum, ut tubis,*  
*quibus unice in iubileo utendum erat, canerent, sicut dixit, fac ut*  
*clangor tubae personet.* Vnum vero assensum nostrum retardat,  
 quod buccinae arietinae non propriae fuerunt iubileo, ut infra do-  
 cemus. Tum (β) praesidio nobis est, quod Arabes istius significatio-  
 nis manifesta vestigia in lingua sua ostendunt. *Tr. Mischn. Rosch*  
*Hasschana cap. III* ita narrantem inducit *R. Akibam* כשהלכתי  
 לערבא שמעתי שהיו קורין לדכרא יובלא *Cum peragra-*  
*grarem Arabiam, audiui, qui arietem iobela vocarent.* Sed quia  
 Lexica Arabica hodie hoc nomen non exhibent, sed pro ariete  
 ponunt شافع حمل كاش &c. *Masius* in *b. l.* & *Bochartus*  
*Hieroz. P. I Lib. II cap. XLIII col. 425* in dubium vocarunt *Aki-*  
*bae* narrationem. Quibus ad animum revocandae sunt tum  
 linguarum mutationes perpetuae, quibus vocabula antiquantur  
 non minus, quam innovantur subinde, vid. *D. Brianus VValto-*



*nus in Bibl. Polyglott. Angl. Proleg. I n. 15 seqq.* tum Lexicorum A-  
 rabicorum non adeo absoluta perfectio, quam in *Raphelengii &*  
*Schindleri* operibus dudum agnovit *Erpenius*, in *Iacobi Golii* alio-  
 rumque adhuc eruditi experiuntur. Deinde (γ) Chaldaicum quo-  
 que locupletem huius rei habemus testem, qui d. l. Ios. VI, 4  
 שופרות היוכלים declarat per רכריא רקרן שופריא bucci-  
 nas cornu arietum; & illud v. 5 בקרן היוכל item per  
 רכריא cornu arietis. *Jonathan Ben Vsiel*, istius explanationis  
 Chaldaicae ואחרונים ראשונים auctor, circa  
 Christi tempora floruit; Onkelosi ipsius & Hillelis celeberrimi  
 aequalis. *Talmud* Ionathanem prophetas anteriores & poste-  
 riores explicasse tradit *Tract. Megilla c. 1*, eundemque centum  
 ante templi secundi excidium annis vixisse memorat *Tractat. de*  
*Sabbato c. 1*. Vnde non tantum redarguendi sunt & refellendi,  
 qui Ionathanem & Theodotionem, Graecae interpretationis au-  
 ctorem, eundem faciunt, sola nominum similitudine inducti,  
 quod Ionathanem & Theodotionem videant *Dei donum* signifi-  
 care; sed etiam illi erroris convincuntur, qui cum *Masio* opinio-  
 nem, יובל significare arietem, sola Akibae fide & Talmudica  
 narratione contineri adseverant. Iuvant denique (δ) nos *Sym-*  
*machus*, qui buccinas arietinas d. l. explicat, & Hebraei tantum  
 non omnes. *R. D. Kimchi in Libr. Rad. in rad. קצא יובל col.* & *Raschi*  
*in Ios. VI, 4 יובלים* arietes אילים esse dicunt. *Aben Ezra ad*  
*Lev. XXV, 10 כבש חזל אמרו שפירוש יובל כבש* *sapientes nostri*  
*piae memoriae iobel ovem notare perhibent.* Idem *Exod. XIX, 13*  
*כבש פי' יובל* *iobel explicatur ovis &c.* Quare *Buxtorfius*,  
*Pagninus*, & plerique veteres tum Lexicographi, tum librorum  
 Mosaicorum explicatores hoc tale non sine ratione comproba-  
 runt.

§. 3. *Alteram* verbi יובל significationem, qua de cornu a-  
 rietis, seu buccina arietina usurpari modo diximus, exhibet *Exod.*  
*XIX, 13*. Permittitur populo, ut ascendat montem, quum  
 tractim sonuerit יובל. Omnes versiones veteres  
 fere per tubam vel buccinam declarant, & *Syrus* nominatim per





cornu **שָׁן יְמֵאֵסֶה סִינַן** i. e. cum siluerit cornu, *Kim-*  
*chi d. l.* השופר עצמו נקרא יובל לפי שהוא של איל  
*buccina eius dicitur iobel, eo quod est arietina. R. S. Iarchi in b. l.*  
הוא שופר של איל *iobel est buccina arietina.*

§. 4. *Tertiam* denique notionem, ubi יובל est iubileum,  
five annus iubileus, nemo adhuc potuit magnopere in dubium in-  
certumque revocare, quia aperte loco hoc nostro Lev. XXV, 10. II  
dicitur יובל הוא שנת יobel erit vobis, הוא תהיה לכם  
יobel annus quinquagesimus erit  
vobis. De ratione tantum appellationis non convenit. Nos  
inde nuncupatum existimamus, quia per cornu arietinum, quod  
iobel vocari modo probavimus, nunciari solebat. Ac nescio an  
huc respexerit Moses, legem de iubileo ab hac per tubam facienda  
promulgatione orsus v. 9. *Abarbenel* certe ita explicatum dedit  
Ios. VI, 4. Hebraei magno consensu nostram originationem ut  
veriores laudant. *R. D. Kimchi d. l.* כן שנת החמשים נקראת  
יובל לפי שהיו תוקעין בה בשופר של איל  
*ita annus quinquagesimus vocatur iobel, propterea quod in eo buccina arie-*  
*tina canere soverint. R. Salomo in b. l.* שמה יובל על שם  
שופר *Nomen eius iobel propter clangorem tubae. Aben-*  
*Efra in eundem l.* והול אמרו נקראת השנה בשם השופר  
*Sapientes nostri p. m. dicunt, vocitari annum hunc nomine*  
*tubae: item Exod. XIX, 13* נקרא יובל כן בעבור והעברת  
*Vocatur iobel sic propter illud (Lev. XXV, 9) personet clangor buccinae, quia est tuba*  
*facta ex cornibus ovillis. Quid multis? Bechai* de hac explicatio-  
ne generatim confirmat: *וכן דעת המפרשי'*  
*R. Moses Bar Nachman* aliique obvertunt, usum cornu arietini  
in iubileo fuisse nullum, atque hoc ipso, quae haecenus dicta, labe-  
factare conantur, quos deinceps refellemus.

§. 5. Qui aliter sentiunt, & multi sunt & sententiis infinite  
dissent. Ex quibus maxime plausibilem forsan credas opinio-  
nem eorum, qui nomen iobel ab הוביל, Coniug Hiphil verbi יבל  
multum usitata in adferendi reducendique significatione, ducunt, &  
haec



hac ratione per remissionem ac reductionem interpretantur, non  
 inepte, ut videtur, quando servis hoc anno servitus remittebatur,  
 & fundi, quos certo pretio egeni concesserant aliis, dominis pristi-  
 nis reddebantur. Sic *Moses Gerundensis in Levit. XXV, 10* putat io-  
 bel שְׁלוּחַ dimissionis valorem obtinere. *R. Bechai* consentit in e-  
 und. l. זהו לשון יובל כי כל דבר ודבר יובל אל אהותו ואל משפחתו  
 Haec est significatio iobel, quod unumquodque re-  
 duceretur ad possessionem & familiam suam. *Aquila Ios. VI, 4* re-  
 missionis verbo quoque utitur. *LXX. seniores* convertunt eodem  
 sensu per ἀφεσις, ἐνιαυτὸς ἀφέσεως σημασία αὐτῆ ἔσαι ὑμῖν,  
 annus remissionis significatio haec crit vobis; quos secutus *Syrus* red-  
 dit ܠܝܘܒܠ reversionem, & *Arabs* ܠܝܘܒܠ remissionem. *Philo*  
 item in libro nominum per dimittentem, & *Hieronymus in Esaiam*  
*lib. II* per dimissionem explicant. Ex recentioribus inprimis *Se-*  
*rarius in Ios. Cornel a Lapide in Levit. & Fullerus Miscellaneorum lib.*  
*IV. cap. VIII* hanc explanationem amplectuntur. *Oleaster, Ribera,*  
 & alii locis aliquot sacrorum scriptorum probare nituntur, הַיּוֹבֵל  
 esse adferre cum gaudio, & inde arguunt, יוֹבֵל dici annum quin-  
 quagesimum, quod bonis omnibus fuerit foecundus. At vero i-  
 psa nominis forma vehementer illis refragatur. Namque & simi-  
 lia nomina Hebraei a prima conjugatione arcessunt, ut יוֹצֵר יוֹצֵר  
 יוֹנֵק, & ex Hiphil nunquam nuda faciunt, sed ab initio semper au-  
 gent, idque frequentissime per ו insolenter & raro per י *Buxtorf.*  
*Thef. Gramm. lib. I, cap. LVI, p. 309.* Vnde si ab הַיּוֹבֵל effet, seque-  
 retur haud dubie rationem מוֹעֵד & diceretur מוֹבֵל. Sicut vero  
 ἀναλογία palam laedit ista explicatio, ita nec cum usu stare po-  
 test. *Exod. XIX, 13* omnes alias potius significaciones, quam remif-  
 sionis, dimissionis, reductionisve, nomen יוֹבֵל sustinebit. Acta  
 sunt, quae ibi memorantur, iubileo nondum instituto, quod hoc  
 pacto quoque intelligi aut respici nequit. Neque vicinum illud  
 verbum בְּמִשְׁנֵי, quod de cornu arietino *Ios. VI, 5*, & alioquin ge-  
 neratim de tractim sonantibus instrumentis effertur, cum remissi-  
 one vel iubileo hic quidem licet conciliare. Quid? quod isti expla-  
 natores ipsi, ut ante dictum, omnes tubae sive buccinae significa-



tionem hic amplectuntur. LXX per Φωνὰς καὶ σαλπιγγας, sonos & tubas, Onkelos per שופרא, Arabs per بِلْبُوقِ exprimunt. Niti vero videntur verborum consecutione, quia dicitur, iubileus annus ille esto vobis, & revertemini quisque ad possessionem suam. Enimvero, ut omnia alia taceam, Moses, cum in eo est, ut tradat verbi cuiusdam originationem, solet illud ipsum vocabulum, unde descendit alterum, adponere. Conf. Gen. II, 23. III, 20. IV, 25 & c. Atque hoc modo dicendum hic ipsi fuisset: erit vobis יובל iubileum, והובלתם & reducemini. Hier. Oleaster cum sociis comminiscuntur significationem, quam non probat usus. Nam, ut monet Sam. Bochartus d. l. הובל est simpliciter adferre vel reducere, non tantum cum gaudio, uti Psal XLV, 16, sed & cum moerore sicut Iob. X, 19, XXI, 30, 32, Es XIII, 7, & XXXIII, 7, Ier. XI, 19, Os. X, 6.

§. 6. Non longe ab illis recedunt, qui a germinando dictum volunt, quod anno iubileo sine cultura germinaret terra, sine sumtu agri & vineae restituerentur, sine vi servitus solveretur. Quae opinio est Bellarmini l. 1. de indulg. c. 1, & Cajetani in Levit. At argumentum infirmum est, non enim satis apte colligitur, quia יובל proventum terrae significat, quod est a יבל, propterea יובל quoque eam vim obtinebit.

§. 7. Iosephus Antiquit. Iud. lib. III cap. X p. 96 scribit: ἐλευθερία σημαίνει τὸν ἔθνος, significat libertatem hoc, scil. iubilei, nomen. R Moses Bar Nachman eadem mente fuit, de quo R Bechai Lev XXV, 10: פירש הוא זל שלא נקרא יובל על התקיעה אלא על הררור שאם היה נקרא על שם התקיעה היה ראוי הכתוב לומר והעברת שופר תרועה בחדש השביעי בעשור לחדש יובל הוא אבל אמר וקראתם ררור בארץ לכל לחדש יובל הוא i. e. Ille Nachman b. m. explicat, iubileum non dici a clangore, sed a libertate. Quod si enim nominatum esset a clangore, oportebat Mosen dicere: & personet buccina decimo die mensis septimi, hoc est iubileum. Verum dixit proclamatoe libertatem per terram omnibus eius incolis, hoc est iubileum. Poterant Nachmanidi permulta responderi, si quenquam in eius sententiam suspicaremur concessurum esse. Ipsa accentuum series cum



eum confutat, & Atnach argumento est, illa verba *iubileus annus est vobis*, cum sequentibus, non cum superioribus coniungenda esse.

§. 8. *Valentinus Schindlerus Lex. P. p. 725* יובל produ-  
ctiorem & intensiorem clangoris sonum notare ait, sibi que prae-  
sidium quaerit in Exod. XIX, 13 coll. 16. 19. Socios habet *Foersterum*,  
*Chytraeum* atque *Avenarium*. Sed illum locum iam ante  
dedimus vindicatum, & sicui aequo iustoque existimatori libeat  
inspicere, nullum huius rei vestigium, non dicam ponderis ali-  
cuius argumentum, ibi deprehendi, mecum fassurum credo.

§. 9. Alia via eandem prope significationem *Andr. Masius*  
venatur Jos. VI. 4. Huic vocabulum יובל a *Iubal* primo musi-  
corum instrumentorum inventore deductum videtur, & voces  
quasque canoras illas quidem & grandes, sed rusticas, duras & a-  
grestes, quasque ululantes significare, quales inchoata illa, sed  
non perfecta primi artificis instrumenta edebant h. e. quales sunt  
tubarum & buccinarum rauci clangores. Nos, si quae *Iubal* &  
*iobel* cognatio statui debet, invertimus potius, & auctorem in-  
strumentorum musicorum a cornu arietino dictum putamus.  
Namque etsi cum *Amama in Antib. bibl. p. 272* multorum nomi-  
num priorum originem & significationem vel ignorari, vel  
obscuram esse sentiamus, tamen primitiva esse, quando illud inso-  
lens est, & quae cognita habemus nomina propria in divinis libris,  
talia non sunt, nobis persuaderi nunquam patiemur. Quid au-  
tem, si divinare liceret, fuerit probabilius, quam Musices paren-  
tem ab inventis abs se instrumentis, quae cornua erant rudi illo  
tempore, esse nomen mutuatum? *Iob. Clericum*, licet in eo no-  
biscum facientem, quod *Iubalem* alicunde nuncupatum putat,  
ob idoneae rationis defectum supra iam improbavimus.

§. 10. In ceteris confutandis, qui literarum Hebraicarum  
ignari imperitius hanc rem aestimarunt, & collecti a *Slevogt. Diss.*  
*de Ann. iubil. thes. IV*, operam perderemus, quoniam horum  
sententias recensere, est refutare. *Beda Homil. in die pentec. io-*  
*bel mutati* notione gaudere putat, quod & servi servitatem cum  
libertate, & fundi colonos suos cum dominis avitis in iubilaeo  
commutarent. *Eusebius & Sabellicus* quinquaginta esse tradunt,  
quia



quia quinquagesimus quisque annus iubileus fuerit. *Hugo Cardinal. in Lev. iobel initium* significare opinatur, quod initium faceret libertatis & remissionis. *Alii*, quoniam annus magnus & singulariter Deo consecratus erat, *magnum Dei* interpretati sunt.

§. 11. Ambiguitas verbi יובל ex superioribus potest aliquomodo constare. Nolim tamen assentiri illis, qui adiectivum aliquando esse volunt. *Castalio* Joh. VI, 4 tubas buccinas sive clangentes adiective dixit, & diserte annotavit יובל adiectivum esse. Verum *Castalio* vim infert textui, quum שופרות constructum, arguat palam, sequens יובלים substantivum esse. Cum iis, qui parum reverentes erga scripturae divinitatem temere שופרות substituere conantur, non est, credo, disputandum. *Seb. Schmidius* eundem locum interpretatur buccinas iubilantium, de quo ex superioribus iudicium poterit sumi. Illud fortasse fuerit observatu magis necessarium, יובל & iubilium non tantum pro anno illo quinquagesimo, sed saepe numero a Iudaeis aeque ac Christianis pro spatio seu Cyclo L annorum usurpari, quemadmodum Hebraei & septimum hebdomadis diem, & septem dies sive hebdomada totam שבת sabbatum; ac porro & septimum annum & septem annos שבעה solent vocare.

§. 12. Quibus praeterea nominibus vocitetur iubilium, non libet operose explicare. Ex ipso Mose v. 12. 13 & Iudaeorum scriptis videre licet, non modo יובל, sed שנת יובל quoque dici. Quaerere operae pretium fuerit, utrum דרור libertas recte appelletur, quia v. 10. manifeste habetur: וקראתם דרור & vocabitis libertatem. Sic enim *Vulgata versio Latina* & *Ostander* explicarunt verbum וקראתם imo & *B. Lutherus*: Und solts ein Erlass-Jahr heissen. At verbum Hebraicum simplex ex ingenio & more linguae, saepe etiam compositi, proclamandi, significationem habet. Quam ut hic quoque adsumamus multa hortantur. Quapropter & *Pagninus* interpretatur praedicabitis, *Tremellius* proclamatis libertatem, LXX Αἰβοήσατε ἀφ' ἑσθ' ἡμέρας, *Samaritana*



rita ותזמננה & praedicabitis, convocabitis seu apparabitis. Ut adeo non tam nomen, quam privilegium quoddam anni indicari videatur. Maiori iure ad iubilei nomina adposuerimus descriptionem semel atque iterum v. 10 & 11 positam, qua dicitur שנת החמשים שנה annus quinquagesimus. Namque & Philo περὶ τῆς ἐβδομῆς p. 1187 atque alibi semper τὸν πεντηκῶσόν quinquagesimum nominavit. In margine est pentecoste, atque index iubileum quoque pentecostes festum appellat.

### III.

**I**ndicabatur eius auspiciū buccinis arietinis, quae ubique ea re decimo die mensis Tisri personabant.

§. 1.

**A**d quem spectarint significandi iubilei partes, quanquam manifeste expressum non est, colligere tamen ex lege licebit. Mandatum super hac re est tale והעברת שופר הרועה traduces buccinam clangoris; & תעבירו שופר traducetis buccinam. Israelitas ergo omnes tangunt haec verba, quos secunda persona aliquoties in superioribus allocutus fuerat, & in consequentibus saepius alloquitur legislator. Huius rei testes habemus Hebraeos. חייב לתקוע כל יחיד ויחיד omnium ac singulorum erat, ut ede-  
rent clangorem, R. Mos. Maimonides in Schmitta Viobel c. 10. Ita Ialkut h. l. חייב כל יחיד ומלמד שכל יחיד ויחיד חייב hoc singulorum. Ergo sine vi excludendi intelligenda veniunt verba Rambam d. l. כשהגיע יום הכפורים תקעו בית דין בשופר cum expiationum dies venisset, Senatores Sanbedrin tubis cecinere. Et caute legendus Osiander Ios. VI, 4, qui Sacerdotes ait annum iubileum promulgasse. Video, quid possit lectorem a nobis alienare. והעברת & תעבירו ex Hiphil sunt, & permittendi, curandi, iubendi que significationem fere obtinent. Quo pacto Israelitae non tam iubentur ipsi sonitum facere, quam curare, ut iubileum eo modo indicetur. Is ipsius B. Lutheri sensus fuisse videtur: Da soltu lassen blasen. Veremur tamen, ut hoc eiusmodi

¶

modi





modi sit, cui quis recte locum det, ac iure cedat. Non repugnamus, esse Hiphil **נוכח הכבר בנין** conjugationem gravem & autam, atque verbum in ea **עבר** sive **לשלישי יוצא** transire ad tertium, h. e. talem significare actionem, quae quem facimus agere in tertium. Atqui non aliter sumus interpretati, **עבר** est transire, Hiphil ergo de iis dicatur necesse est, qui faciunt aliquid transire sive traducunt. Sic *explanator vulgatus* clanges, *Graeci* **Μαγέλαϊτε** annunciabitis, *Syrus* **ܘܢܝܢܘܢ** ex Peal in clamate sive clangite, *Arabs* **أظرب** clangite, **أظربوا** clangite. Quinimo ex Verbo **וּקְרַאתֶם** & proclamatote, quod populum sine controversia respicit, de reliquis facile iudicatur. *Onkelos & Samarita*, qui in Coniug. Aphel **תעברון תעברון** transire fac, transire facitote converterunt, nihil diversum ab Hebraeo habent. Minus profecto convenit, ut populum mandasse istum clangorem dicamus. Nunquam fuit ea Hebraeorum respublica, ubi ad populum rerum summa, cura negotiorum civilium, mandandique potestas pervenerit.

§. 2. Ut neminem, cuius intererat, praeteriret, instare iubileum, legislator sapientissimus edixit, ut per terram universam statutum illud signum exaudiretur. **בְּכָל־אֶרְצְכֶם** personet ubique tuba & in tota terra vestra, uti persignificanter *Tremellius* interpretatur. *Maimonides* **מְעַבְרִין שׁוֹפָר בְּכָל גְּבוּל יִשְׂרָאֵל** personet buccina in omnibus finibus Israelis. Multam lucem adfert *R. Abraham AbenEfra* in *b. l.* qui mentem Numinis ait fuisse, **שִׁיתַקְעוּ שׁוֹפָר בְּכָל הַמַּסְלֹוֹת** ut clangorem tuba efficerent, in omnibus viis itineribusque tritis, atque adeo in omnibus plateis.

§. 3. Ad tempus ostendendum, quo indici iubileum oportebat, in promptu sint fasti Iudaici necesse est. Hi tamen iidem semper non fuerunt. Primis temporibus usque ad A. M. 2453 ratio temporum simplicior obtinebat. Ex quo vero Iudaei, liberati ab afflictione Aegyptiaca, terram sanctam occuparunt, annumque sacrum plane a civili diversum observarunt, fasti hac re insignem subiere mutationem, quae per 1184 annos retenta. Deinde  
A. M.



A.M. 3637 **שטרור מנין** aeram contractuum, seu potius do-  
 minatum, receperunt sub Graecorum imperio, atque ad perio-  
 dum Calippicam Neomenias Tisri & alios dies festos defini-  
 runt. Etsi vero, cum A. M. 3906, A. C. N. 41 Julius Cae-  
 sar ad aliam formam revocaverat fastos, atque in toto Roma-  
 norum imperio observari volebat; apud Iudaeos quoque  
 anni Alexandraei lunares in Iulianos & solares mutaban-  
 tur: nihilo tamen secius Calendis Septembribus, more ma-  
 iorum, non Ianuariis, ut Romani, auspicabantur annum,  
 nominaque mensium Chaldaica retinebant, atque ita haecirciter  
 annis usque ad tempora Const. M. periodo Calippica in constitu-  
 endis diebus festis utebantur. Denique eius vitium, quod, quo  
 longius progrediebantur, hoc magis sentiebant, tollere conati  
 sunt, atque, ut Pascha & alii sacri dies ad legis praescriptum rur-  
 sum celebrarentur, menses ad lunae motum revocarunt A. C. 369,  
 contractuum 670, post secundi sanctuarii everisionem 290, *Seth.*  
*Calvis. Op. Chronol. cap. XII p. 83 seqq.* Necessarium non est, haec  
 omnia momenti suis ponderare, quando, constituta modo tem-  
 porum ratione, qua Iudaei, ut ex Aegypto emigraverunt, donec  
 templum Salomoneum conflagraret, usi sunt, omnia, quae vo-  
 lumus, conficiuntur. Fueritne annus Hebraeorum illa aetate  
**שנת החמה** *solaris*, an **שנת הלבנה** *lunaris*, cum primis solet  
 inter eruditos disquiri. Nos facile probamus, ad lunae motum  
 Hebraeos tunc tempora ordinasse. *David* exceptione maior te-  
 stis de Deo asseverat: **עשה ירח למועדים** fecit lunam ad tem-  
 pora statuta, *Lutherus*, *du machest den Monden das Jahr dar-  
 nach zutheilen* / Ps. CIV, 19 *Siracides* perinde XLIII, 6 lumen fe-  
 cit ad constitutionem tempore suo faciendam, demonstrationem  
 temporum, & signum seculi, *Luther*. *das Jahr auszutheilen* /  
 etiam a luna signum habetur diei festi. *R. Moses Maimon. de No-  
 vilunio cap. I §. 1* **חדשי השנה הם חדשי הלבנה שנאמ'**  
**עולת חרש בחדשו ונאמר החדש הזה לכם ראש חדשים**  
**כך אמרו חכמי הראה לו הקבה למשה במראה הנבואה**  
**דמורה לבנה ואמר לו כזה ראיה וקדש והשנים**  
**שאנו מחשבין הם שני החמה שנאמ' שמור וגו'**





Menses anni sunt lunares, quia dicitur (Num. XXVIII, 14) holocaustum mensis incuntis esto in initio eius, & (Exod. XII, 2) mensis iste vobis est principium mensium. Ita sapientes dicunt Deum gloriosum commonstrasse Mosi in visione prophetica lunae imaginem, eique dixisse, secundum hanc vide & sanctifica: anni vero, quos supputamus, sunt solares, quia dicitur (Deut. XVI, 1.) observato & c. Atque ex sacris scripturis cernitur, Iudaeorum menses statas tempestates retinuisse, ut v. c. tabernaculorum solemnia non in hyemem incidere. Quod quia per solum annum lunarem, qui 354 dierum, 8 horar. 49' fere spatio describitur, fieri non potuit, palam est, solis quoque motum illis fuisse consideratum. Scilicet praestabant hoc lunationis sive mensis lunaris, ואדר, intercalatione, Inde ortum annorum Iudaicorum discrimen, ut alius sit שנה פשוטה annus simplex, alius שנה מעוברת intercalaris, sive embolimaeus. Prior absoluebatur mensibus 12 & diebus aut 353, tum vocabatur deficiens, aut 354, sic appellabatur ordinarius & annus dierum, 2 Sam. XIV, 28, aut denique 355, quem abundantem cognominabant. Alter menses comprehendebat XIII & dies vel 383, vel 384 vel 385, prout vel deficiens erat, vel ordinarius, vel abundans. Maimon. d. l. §. 2 וכמה יתרה שנת החמה על שנת הלכנו קרוב מאה' עשר ימים לפיכך כשיתקבץ מן התוספת הזאת כמו שלשים יום או פחו' מעט או יותר מעט מוסיפין חרש אחר ועושין אותה השנה יג' חרש וחיה הנקראת שנה מעוברת שאי אפשר להיות השנה יב' חרש וכך וכך ימים שנה' לחרשי השנה חרשי' אתה מונה לשנה ואי אתה ימים: Quantum superat annus solaris lunarem? prope undecim diebus. Propterea cum collecti sunt ex additamento hoc XXX dies aut paulo plus minusve, addunt mensem unum, & faciunt annum XIII mensium, qui vocatur intercalaris. Quoniam fieri non potest, ut annus sit XII mensium & tot vel tot dierum, quando dicitur (Exod. XII, 2) in mensibus anni: menses numerato in annum, non dies. Sic satis apparere puto, annos Iudaeorum fuisse non simpliciter lunares, sed, ut loquuntur, lunae-solares. Deinceps anni civilis & sacri differentia evolvenda, qua ad institutum nostrum vel maxime indigemus. Fuerat inde ab ultimis temporibus



bus unus Hebraeis annus, quo & sacra negotia & civilia metiebantur. Hic coeperat autumnali solstitio, quo mundum factum esse credebant. Moses vero oraculo excitatus pristinum annum e-  
 quidem ad digerenda reipubl. & domestica negotia reservari patie-  
 batur, sicut adhuc Iudaei tenent, sed sacris operaturos iubebat  
 annum postea a verno solstitio inchoare. Hic mensis vobis prin-  
 cipium est mensium: primus ille esto vobis inter menses cuiusque  
 anni, Exod. XII, 2. *Iosephus Antiqu. lib. I c. IV p. 9.* Μωυσης τὸν  
 πρῶτον μῆνα πρῶτον ἐπιταῖς ἐοικεταῖς ὤρσειν, κατὰ τῶν ἐξ αἰγύ-  
 πτου τῶν ἐβραίων παραγὰν. ἔτι δ' αὐτῶ καὶ πρὸς ἀπάσας τὰς  
 εἰς τὸ θεῖον τιμὰς ἤρχεν. ὅτι μὲν τοιγὰ ὡνάς καὶ πρῶτος καὶ τῆ  
 ἀλλήν διοίκησιν, τὸν πρῶτον κόσμον διεφύλαξε i. *Moses Nisan*  
*primum mensem in fastis ordinavit, quod per hunc Hebraeos ex Ae-*  
*gypto eduxisset. Eundem etiam omnium, quae ad rem divinam per-*  
*tinerent, exordium fecit: alioqui, quod ad nundinationes rerum ve-*  
*nalium reliquamque dispensationem anni attinet, pristinum ritum*  
*conservavit. Philo de vita Moysis lib. III p. 686* τὴν δεξιὰν τῆς ἐαρι-  
 νῆς ἰσημερίας πρῶτον ἀναρχάθει μῆνα μωυσης, ἐν ταῖς τῶν ἐν-  
 αὐτῶν ἐξόδους ἀναθεῖς, *Moses primum anni mensem facit eum,*  
*qui in vernali aequinoctium incidit. Targum Hierosolym. Gen. XII, 11*  
 עד כרון לא הוו מתמנן יהחיא אלהן מתשרי רהוא  
 עלמא *hadtenus non fuerunt numerati men-*  
*ses, nisi a Tisri, qui est principium anni a perfectione mundi. R. D.*  
*Kimchi 1 Reg. VIII, 2* לפני הזמן יצאו ישראל ממצרים  
 היה תשרי החדש הראשון כי בתשרי נברא העולם  
 ומשיצאו בני ישראל ממצרים בניסן הוא ראש לחדשים  
 : *Ante id tempus, quo emigrarunt Israelitae*  
*ex Aegypto, primus mensis erat Tisri, quia in Tisri conditus est mun-*  
*dus: Sed postquam egressi sunt ex Aegypto in mense Nisan, hic ipse est*  
*principium mensium, & Tisri ab eo septimus. Illud vel maxime*  
*monendum, non fuisse omnino accuratos illius temporis fastos.*  
*Lunae enim motus nondum ita exploratus erat, ut ad horam &*  
*scrupula novilunium definiri posset, a quo mensium singulorum*  
*principium ducebatur, id quod nomen תשרי mensis ipsum decla-*  
*rat. Nec mensis embolimi, ותרר, intercalatio omnino certa fuit.*



se videtur, quoniam *Buxtorfius Lex. Talm. Rabb. col. 35* quarto quoque anno factam confirmat. Interim menses alterni, *cavi* dierum 29, & *pleni* seu 30 dierum, usurpati feruntur. Menses fere tunc temporis distinguebantur numeris, postquam vero captivus factus populus & Babylonem deportatus est, Chaldaea quoque mensium nomina inde reportavit. Inde Adar *אדר* *אדר* *אדר* lingua Syriaca seu Chaldaica (confer. Gen. XXXI, 47 2 Reg. XVII, 26, Est. XXXVI, 11, Dan. II, 4) dici refertur 2 Maccab. XV, 37. Qui cum Iulianis mensibus coniungere studuerunt, discrepant, sed ita discrepant, ut nonnemo conciliari posse non desperet. *Ios. Scaliger, Eberus, Calvisius & Helvicius* Nisani initium cum April. II, & sic reliquos similiter comparant: *Buxtorfius* vero, *Schindlerus* in *L. P. p. 532* aliique complures, Nisan cum Martio nostro ferme convenire, putant. Nos etsi priorem sententiam aliquid veri habere non negamus, quia novilunium Aprile in Martium plerumque, Maium in Aprilem &c. incidit: posteriorem tamen in hac tabula, qua reliqua fuisse alias dicenda, quia tempus & spatium non est, paucis comprehendimus, ob aequinoctium vernalis, quod in Martio est, aliasque rationes sequemur.

Nomina Mensium.	Longitudo	Menses Iuliani	Anni Sacri Ordo	Anni Civilis Ordo
<p>ניסן <i>Nisan</i>,  Neh. II, 1 &amp; in Targum Exod XII, 8. 18  40. Lev. XXIII, 5  Est. III, 7 Ioel. II, 23  Antea אביב Abib,  Exod. XII, 4 XXIII, 15  XXXIV, 18 Deut. XVI, 1 Ezech. III, 15</p>	XXX dierum	Martius	I. Exod. XII, 2 Ioel II, 23 Kimchi I Reg. VI, 1 Ioseph. Ant. I. IV. c. IIX. p. 366. I. III. c. X p. 93.	VII
<p>אדר <i>Iar</i>  Targ. Exod. XII, 39  Est. III, 7. Alias  אדר Sif. I Reg. VI, 1  Kimchi in h. l.</p>	XX. X.	Aprilis	II Ionath. Targ. Num. I, 1	VIII

סיון



Nomina Mensium.	Longitudo	Menses Iuliani	Anni Sacri Ordo	Anni civilis Ordo
סיון <i>Sivan</i> Est. VIII, 9 III, 7	XXX	Majus	III. Est. VIII, 9	IX
תמוז <i>Tamus</i> Targ. Ionath. Gen. VIII, 5	XXIX	Iunius	IV.	X
אב <i>Ab</i> Targ. Thren. I, 2. 4 Est. III, 7	XXX	Iulius	V	XI
אלול <i>Elul</i> Neh. VI, 15 & Targ. Sec. Est. III, 7	XXIX	Augustus	VI	XII
תשרי <i>Tisri</i> Targ. Thren. I, 4 Levit XXIII, 24 Pf. LXXXI, 4 Est. III, 7 R.D.K. 1 Reg. II, 2 Vocatur ירח החמשים mensis E- thanim f. fortium 1 Reg. VIII, 2	XXX	Septemb.	VII Lev. XXIII, 24 R.D.K. 1 Reg. II, 2	I Gen. IX, 13
מרחשון <i>Marchesvā</i> Targ. Ion. Devt. XXXII, 2 Targ. Sec. Est. III, 7 Vocatur חשוון Chešvan; it. כול Bul. 1 Reg. VI, 38. <i>μαρσων</i> Ioseph. Ant. lib. I c. IV pag. 9	XXIX	October	VIII 1 Reg. VI, 38	II Gen. VII, 11 VIII, 14 col. Targ. Hierosol. Μην δευτερος μαρσων mens. II. marsonane, Ios. Ant. I. I c. IV. p. 9.
כסלו <i>Kislev</i> Zach. VII, 1 Targ Eccl. XI, ubi tn. debet esse מרחשון	XXX int. XXIX	Novemb.	IX Zach. VII, 1	III

טבר





Nomina Mensium	Longitudo	Menses Iuliani	Anni Sacri Ordo	Anni civilis Ordo
טבת <i>Tebeth</i> Targ. Sec. Est. III, 7	XXIX int. XXX	Decemb.	X	IV
שבט <i>Schebath</i>	XXX	Ianuarius	XI	V
אדר <i>Adar</i> Est. III, 13 Ioseph. A. I. XII, c. XVII, p. 424	XXIX	Februar.	XII	VI
אדר הראשון <i>Adar prior</i> Targ. sec. ad h. l.			Est. III, 13 Ezech. XXIX, 1 ὁ ὕστατος μὴν ἑστῆς ἀδα- ργος, Ultimus anni mensis Adar Ioseph. Ant. lib. IV, c. II, p. 132, Sed I, XI, c. IV p. 366. vocat μῆνα ἐνδέ- κοντον ἀδαρ, menssem XI.	
אדר השני <i>Adar secundus</i> Targ. sec. Est. IX, 13				

Edicit Deus v. 9, ut בַּחֹרֶשׁ הַשְּׁבִיעִי mense septimo iubileum publice proclametur, quod intelligendum de anno sacro sive Ecclesiastico, cuius mensis septimus est Tisri, respondens ferme nostro Septembri, idem vero anni civilis mensis primus. Iam non modo erroris recte postulatur, *Zadukei* inter Hebraeos, & *Abulensis* inter Latinos, qui ver dedisse initium iubileo contendunt; sed Hebraeorum quoque doctores facile intelliguntur, & cum Mose conciliantur. *AbenEsra* in b. l. ait: הנה ראינו תקיעת שופר: בשנת הויבל בתשרי בתחלת השנה, *animadvertimus clangorem tubae anno iubileo, mense Tisri, in principio anni sc. civilis.* *Maimon.* in *Schmitt. Vejob. c. X* praeceptum affirmans fuisse ait, ut personaretur buccina בעשירי לתשרי *decimo die Tisri.* Notum est, solem occidentem diei initium Hebraeis descripsisse. Poterat inde opinio alicui enasci, sub noctem debuisse indicari iubileum, ut ipsum cum luce initium habuerit. Haec suspicio occupata per verbum ביום die. Id quod in *Talkut* ad h. l. obser-



observatur, ubi, ולא בלילה ביום die, non nocte tubam  
 personare debuisset, monetur. Sapientiae divinae argumenta  
 plurima patebunt, si, cur tale iubilaei tempus elegerit Deus, medi-  
 teris. Non repugnabo magnopere iis, qui autumnum & nomi-  
 natim Tisri iccirco prae caeteris selectum credunt, quod mundus  
 sit hac tempestate productus: nolim tamen inficiari, magis mihi  
 probari, qui providere voluisse dicunt Deum, ne, cum annum  
 duntaxat otium ab agricultura per iubilaeum esse deberet, plures  
 annos ab operibus rusticis cessaretur. Scite *AbenEsra* & curate  
 rem de Schmitta existimavit h. l. אמ היתה תחלת השנה  
 מניסן הנה לא יקצרו אשו זרעו בשנה השישית ולא  
 זרעו כי הנה שנת השמטה היא ואחר שלא יקצרו זרע  
 שנה ששית לא יזרעו פעמים והכתוב אמר לא תזרעו בשנה  
 השביעית לכרה *Quod si initium anni a Nisan fuisset, non po-*  
*tuissent metere, quod seminarant anno sexto, nec seminare, quoni-*  
*am annus est Sabbaticus: Et porro, quia metere non licet semina-*  
*ta anno sexto, bis seminare non potuissent, & tamen Scriptura ait*  
*tantum: ne seminatote anno septimo.* Haec de iubilaeo nihilo  
 minus valent. Si mense Nisan veris tempore solemnia iubilaei  
 coepissent, nec metere neque sementem facere autumnolucuit,  
 & hoc modo patresfamilias etiam proximi a iubilaeo anni messe  
 exciderunt. Imo, quia iubilaeum confestim sequebantur annum  
 sabbaticum, ea ratione tres amisissent messes. Impensius mire-  
 ris, quid non primus mensis Tisri dies huic rei sit destinatus, ut  
 idem anni civilis, & iubilaei initium fuisset. At vero lex ipsa  
 scrupulum eximit. Decimus nempe aptior iudicatus, quum ef-  
 set יום הכפרים expiationum dies, qui annum, venia, libe-  
 ratione ac facultatum restitutione maxime solemnem, rectissime  
 ordiebatur.

§. 4. Diximus aliquoties cornibus arietinis futuri iubilaei  
 signum datum esse, quod hoc loco uberius est demonstrandum.  
 Noli, lector, rem plane inanem ducere, quae vel ob suum *avli-*  
*τυπov* diligenter custodienda. Argumenta (cur enim haec vel-  
 lemus te celatum) non quae forsitan optaveris, sed, quae haberi  
 possunt, expectabis. Eas partes eligere maluimus, quae se ali-

D

quibus,



quibus, licet non exquisitissimis rationibus tueri valent, quam o-  
 piniones, solis suffultas suspicionibus & coniecturis. Atque  
 cum aperte satis lex doceat, per שופר תרועה tubam clangor-  
 ris inflandam, non fidibus aut instrumento pulsando significan-  
 dum fuisse: erravit *Arabs*, siquidem aliam mentem habuit, ut  
 videtur, quando vertit: *ضرب بيوتك جليل* clange, pulsa  
 tuba crepitante. Corneam fuisse tubam, ut probetur, ab origine  
 rem repetemus. Rudia & minus artificiosa instrumenta conve-  
 niunt temporum priscorum simplicitati. Etenim quod iudicat  
*Erasm. Franc. Theatr. P. I p. 27.* de viginti tubarum myriadibus  
 & reliquis quadraginta millibus instrumentorum musicorum, Sa-  
 lomonis auctoritate confectorum, (*Ioseph. Antiqv. lib. VIII c. II*  
*p. 262*) fuisse ea fortasse concentu suaviori, quam sunt, quibus ho-  
 die gloriamur, de eo lites cum illo suscipiemus nullas, quando-  
 quidem ad nos non pertinent haec sacra instrumenta. Sane  
 veterum monumenta confirmant, aevi illius musicam parum ha-  
 buisse artis. Ac nominatim quoque referunt, mortalium anti-  
 quissimos cornua adhibuisse. *קרנן* cornu cum primis ad mu-  
 sicam adhibuerunt Babylonii Dan. III, 5. 7. *Varro de L. L. lib. IV:*  
 Cornua dicta, quod ea, quae nunc sunt ex aere, tunc fiebant ex  
 bubulo cornu. *Dionys. Halicarnass. lib. II τὰς δημοτικὰς ὑπη-*  
*ρέται πνὲς κέρρα βοείας ἐμβυκάνοντες, ὅτι τὰς ἐκκλησίας συνή-*  
*ρον, plebeios ministri quidam, bovinis cornibus buccinantes, ad con-*  
*tionem cogeant.* *Servius* buccinam ex caprae cornu factam me-  
 morat *Aen. lib. VII, v. 518.* Populi a disciplina rerum rectiorum  
 alieni, qui quam proxime absunt a seculis antiquis minus excul-  
 tis, adhuc cornuum usum servant. In regno Iaponensi ex ve-  
 teri consuetudine omnes incolae habere cornu in suppellectili o-  
 portet, quo tamen, si capitis poenam effugere velint, canere ipsis  
 non licet, nisi aut seditione exorta, aut incendio, aut populatione,  
 aut proditione. Sono igitur cornuum audito, causa simul nota  
 est. Audiens sonum & ipse inflare cornu necesse habet. Tum  
 concursus fit ad eum locum, unde primus sonus fuit ortus. Ita  
 unius horae spatium causae notitia solet ultra viginti milliaria per-  
 veni-



venire *Pinto c. LXI p. 375.* Ioghenses, Indi, quando cum reg  
 suo peregrinantur, cornua habent e collo pendentia, quae, cum  
 in urbem aliquam veniunt, sufflant, atque eo modo eleemosynas  
 corrogant, *Barthem. Hodoepor. lib. IV c. III p. 162.* Ex veterum  
 usu & instituto haud dubie est, quod Chaldaeis & Rabbinis קרנא  
 cornu pro tuba accipitur. Sic habetur *Berachoth fol. 62 col. 2:*  
 קרנא קריא ברומי בר מזבין תאני תאני דאבוך זבין  
 i. e. ut auctor *Aruch* explicat; *Solebant Romae cornu sive buccina*  
*proclamare: Fili vendentis ficus, vende ficus, sicut pater tuus, ne-*  
*que contemne seu muta ejus opificium.* Quinimo *Rosch Hasschana*  
*c. III קרן נקראו שופרות כל* omnes tubae dicuntur cornua.  
 Apud Graecos *Athen. lib. IV* Τυρρηνῶν δ' ἔστιν εὐρημα κέρας  
 τῆς κατὰ σιλήσας, Tyrrenorum inventum sunt cornua & tubae.  
 Latinis quoque cornu tubae obtortae genus est. Vnde iam fa-  
 cile conficimus, veterum usu corneas tubas non fuisse raras.  
 Sed iubilei tubam sigillatim fuisse cornu, tum multa alia supra  
 exposita probant, tum imprimis, quod שופרות היוכלים  
 tubae iobelim *Ios. VI, 4* explicantur per קרן היוכל cornu io-  
 bel v. 5. Ab re igitur *Abulensis ad b. l. quest. 7* argenteas fuisse  
 tubas opinatur. Nec *Torniello* idonea satis fuerit causa, cur ad  
 ann. 2584 n. 6 eandem sententiam sit amplexus. Tubarum ar-  
 gentearum usum longe alium ostendit *Moses Num. X, 1* seqq. &  
*Iosephus Antiq. lib. III c. II.* Quibus momentis innixi arietina  
 dixerimus illa cornua, etiam in superioribus requirendum. V-  
 num, qui multorum loco esse potest, hic adiiciamus *Maimon.*  
 שופר שתוקעין בו בין בראש השנה § 1 *cap. 1* הלכו שופר  
 קרן הכבשים הוא קרן היוכל *buccina*, qua cane-  
 bant partim initio anni, partim in iubileo, est cornu arietis cur-  
 vatum. Plurimum ponderis habere videtur, quod obvertit *Andr.*  
*Masius in Ios. VI, 4*, & post eum *Sam. Bochartus Hierozoic. lib. II*  
*cap. XLIII, p. 426* & in *Praef. ad Lector.* cornua arietina solida to-  
 ta atque omnino esse, neque inflari posse. Respondet vero *Dru-*  
*sus in Ios. VI*, arte cavari potuisse. Nos etiam negamus tota at-  
 que omnino solida esse. Omnibus enim cava & in mucrone de-  
 mym concreta sunt cornua, cervis tantum solida & singulis annis  
 D 2 deci-



*decidua, Plin. H. N. lib. XI cap. XXXVII.* Imo quid opus est, ut  
 ad fidem alienam nos conferamus? oculis nostris, quibus pluri-  
 mum fidimus, hoc tale ipsi usurpemus, & deprehendemus, maxi-  
 mam partem, non minus ac bubula cornua, esse cava. Ut mire-  
 mur, quid tantis viris illud negantibus, in mentem venerit. Mi-  
 noris est, quod d. l. *Bochartus* praeterea adfert, bubula fuisse vete-  
 rum cornua, & de tuba ex cornu arietino facta, apud veteres  
 Graecos & Romanos nullam esse mentionem. Nobis certe in-  
 solens videtur, in Iudaeorum ritibus confirmandis, quorum ple-  
 riqve ipsorum proprii sunt, Graecorum testimonia requirere &  
 Latinorum. Pluris nobis esto *Iosephi*, Scriptoris domestici, te-  
 stimonium, quam aliorum quorumcumqve historicorum si-  
 lentium, qui quam rerum Iudaicarum imperite saepe scripserint.  
 Iustini aliorumqve exemplis comprobatur. Ille vero, cornuum  
 arietinorum usum apud Hebraeos fuisse, plane testatur *Antiqv.*  
*lib. V cap. VIII p. 154* ἐκόμενον πάντες ἐν τῇ δεξιᾷ κερὰ κέρα,  
 ἐχρῶντο δὲ τούτοις ἀντὶ σὺλπιγγος, gerebant Gedeonis milites  
 omnes in dextra manu cornu arietis, quo pro tuba utebantur.  
 Nec rara esse nec exilia arietum cornua ad orientem, praeter-  
 quam quod scriptores novissimi adfirmant, ipse sacre codex in-  
 nuit Gen. XXII, 13, Dan. VIII, 4. 6. Nihil ergo sunt morandi,  
 qui boum aut alia cornua fuisse contendunt. Inter Iudaeos  
*Ramban ap. R. Bechai* in Lev. XXV, 10 rupicaprae cornua substi-  
 tuit: אין מצותו אלף בראש השנה כרי לזכור אילו של יצחק ואין כן ביום הכפורים כי יום הכפורים  
 מצותו בשל יעל *Non est praeceptum cornu arietis, nisi in novo*  
*anno, idqve in memoriam arietis Isaaci. Non autem sic res habet*  
*in expiationum die, qui ex praecepto cornu rupicaprae requirit.*  
 Inter Christianos *Ribera* quoqve, *Cornel. a Lapide* in Lev. & alii  
 complures improbandi, qui arietina cornua soli tubarum diei sa-  
 cra fuisse, in iubileo vero bubula usurpata asseverant. Nihil illis  
 praesidii est in *Hieronymo*, qui *Hof. V* iubilei buccinam pastora-  
 lem appellat. *Abarbenel Ios. VI, 4* fuisse scribit שופרות המיוחרים בהם בשנת היובל  
 tubas certas & consecratas, quibus  
*in iubileo cecinerint*, atqve habet inter Doctores Christianos  
 quos-



quosdam consentientes. His opponendus יום שופר *יום שופר* festus tubarum dies, sive anni auspiciū, quo iisdem tubis utebantur. *Maimon. in Schmitta Viobel cap. X* שופר של יובל ושל ראש השנה אחר הויה לכה דבר *buccina iubilei & novi anni plane eadem est.* Conf. הלכו' שופר. *cap. 1 § 1.*

#### IV.

**P**eriodus iubilei est quinquaginta annorum expletorum.

##### §. 1.

**H**oc caput ut longe gravissimum, ita multis dissentientium, disputationibus vehementer perturbatum est. Si expenderis, quibus utrinque armis certetur, neutri te adiungere parti tutum fatis iudicabis. *Io. Clericus*, qui vim iudicandi singularem sibi arrogat, omnibus diligenter excussis, inter duas sententias potiores pendere se dubium fatetur. Mireris sane, quid rem divina ratione, perspicue & simpliciter expositam, nullisque involutam tenebris, tam ancipitem, dubiam & incertam reddiderit. Quo minus periculi ab errore impendeat nobis, sola legis verba accurate sequi certum est. Quantos viros nacturi simus adversarios, nihil putamus existimandum esse. Nihil nempe sanctius, nihil antiquius habendum, quam ut utriusque simus, & reverentes in divinum candorem, & interpretes iusti; volumus nos certe. Obtendenti magnam quorundam auctoritatem, non tantum reddimus Iudaeorum non inelegans effatum: זהו אינו ראיה שרבי אמר כן אלה למא *non est probatio, Rabbinum sive Doctorem dixisse; cur ita sit, potius videndum:* sed quoque multa, eaque fortasse non minora nomina, si his quidem pugnandum sit, restipulamur.

§. 2. Nostrae sententiae, Lector, habe *summam & fundamenta.* Quinquagesimo quoque anno redisse iubileum, atque hoc spatio completo demum instauratum esse, adfirmamus. V. g. per hanc sententiam, si A. C. 1650 fuisset iubileum, hoc anno 1700 recurrere oporteret. Quod maximi facimus ( $\alpha$ ) a nobis sunt clarissima legis verba v. 10 וקראתם את שנת החמשים שנה & san-



Etificatote annum quinquagesimum: iterum v. ii יובל הוּן שְׁנַת  
 יובל הוּן שְׁנַת יובל הוּן שְׁנַת יובל הוּן שְׁנַת יובל הוּן שְׁנַת  
 quagesimus. (β) Adversariorum quoque interpretatio flare non  
 potest cum primo iubileo, quod, cum nullum antecesserit, eius  
 respectu quinquagesimus dici nequit. (γ) Si fuisset undequin-  
 quagesimus quisque annus, nec diversus a sabbatico septimo, haec  
 de peculiari anno sacro sanctio supervacua omnino fuisset. (δ) Io-  
 sephi & Philonis non contemnenda testimonia laudamus, Quorum  
 ille *Antiq. lib. III c. IX p. 96* ait: ποιεῖν καὶ τὸ μετὰ ἐβδόμην  
 ἐτῶν ἐβδομάδα. ταῦτα πενήκοντα μὲν ἴσιν ἔτη τὰ πάντα. κα-  
 λείται δ' ὑπὸ Ἑβραίων ὁ πενήκοντος ἑνιαυτός ἰώβηλ, *facere i-*  
*dem* (cessare ab agricultura iussit Moses) *post septimam annorum*  
*hebdomada; qui omnes quinquaginta conficiunt: vocatur autem ab*  
*Hebraeis annus quinquagesimus iobelus.* Hic lib. *Φιλανθρωπίας,*  
*p. 704:* ὅσα καὶ τὰ πενήκοντα ἑνιαυτῶν ἀπείρακτα, πᾶσαν ἔχ-  
 ῶσιν ἐβδόμην Φιλανθρωπίας; quae de quinquagesimo anno statuta,  
 nonne omnem superant humanitatem? (ε) Iudaei omnes praeter  
 Gemaristas pauciores annum quinquagesimum magna nobiscum  
 consensione propugnant. *R. Sal. Iarchi Lev. XXV, 8* יעשה שבע  
 יעשה שבע יעשה שבע יעשה שבע יעשה שבע *faciet septem*  
*annos continuos Sabbaticos, & iubileum post eos. v. ii*  
 נמצאו שתי שנים קדושות סמוכות זו לזו שנת מ'ט  
 נמצאו שתי שנים קדושות סמוכות זו לזו שנת מ'ט  
 נמצאו שתי שנים קדושות סמוכות זו לזו שנת מ'ט  
 נמצאו שתי שנים קדושות סמוכות זו לזו שנת מ'ט  
 Cum est iubileum, duo anni  
 sancti inveniuntur, sequentes alter alterum confestim, annus nempe  
 XLIX sabbaticus & L. iubeus. Vid. Talmud. in lib. *ערכין* Ram-  
 bam in saepe dict. *Halach. Schmitta Viobel & reliqui,*

§. 3. Aliter explicantium est discrepantia magna. Sunt,  
 qui quinquagesimum annum nobiscum defendunt, sed significatum  
 tamen & edictum anno superiore undequinquagesimo volunt.  
 Alii & significationem & ipsam celebrationem ad sensum volun-  
 tatemque nostram collocant in anno L, sed in subducendo cal-  
 culo a nobis rursus disiunguntur. Nos utrinque, in sabbaticis  
 & iubileis numerandis initium a primo post iubileum anno faci-  
 mus, ut nunquam idem & iubeus & sabbaticus fuerit annus, sed  
 sem-



semper septimum quemque five ultimum Sabbaticum excep-  
 rit confestim iubilus v. c. si A. C. 1600 fuisset iubilus, 1607 esset  
 annus sabbaticus primus, 1614 alter, 1621 tertius, 1628 quartus,  
 1635 quintus, 1642 sextus, 1649 septimus, & tum 1650 iubilus:  
 Porro 1657, 1664, 1671, 1678, 1685, 1692, 1699 septem sabbatici, &  
 praesens 1700 iubilus, & ita in reliquis. Illi separatim in sabbati-  
 cis constituendis a primo semper anno post sabbaticum, etiam si  
 iubilus fuerit, numerare coeperunt, quo calculo primum qui-  
 dem confestim, deinceps vero ex intervallo unius, tum duorum,  
 postea trium &c. annorum septimum sabbaticum iubilus con-  
 secutus esset, donec recurrente septimo iubileo rursus fuerint u-  
 trique coniuncti. V. c. 1600 esto primum iubilus, tum erunt  
 quidem, ut modo, 1607, 1614, 1621, 1628, 1635, 1642, 1649 septem  
 sabbatici & 1650 iubilus, at postea 1656, 1663, 1670, 1677, 1684,  
 1691, 1698 sabbatici, & biennio post 1700 iubilus. *Chronolo-*  
*gus mysticus* spatio XLV annorum Iulianorum & dierum CLXXI  
 describit. *Longe plurimi* annum XLIX quemque semper & septi-  
 mum sabbaticum & iubilus confecisse contendunt h. m. ut si  
 1600 & septimus sabbaticus & iubilus fuerit, 1607, 1614, 1621,  
 1628, 1635, 1642 sex intermedii sabbatici, 1649 septimus sabbaticus  
 idemque iubilus: porro 1656, 1663, 1670, 1677, 1684, 1691, sex  
 sabbatici interiecti, 1698 septimus sabbaticus pariter ac iubilus  
 foret. *Cloppenburgius Schol. Sacrif. p. 42.* fieri potuisse opinatur,  
 ut Iudaei utroque modo per XLIX & L numerarint iubilea, ad-  
 hibita periodo maiori, quae, in se multiplicatis XLIX & L, com-  
 plevit 2450. Nos illam de XLIX annis sententiam maxime illu-  
 strex ex instituto examinabimus. Ceterae iisdem argumentis,  
 quibus hic utemur, conficiuntur.

§. 4. His fere capitibus rationes eorum, qui XLIX anno-  
 rum cycum faciunt, continentur. (a) Aptissimum esse aiunt,  
 ut, quia septimum diem atque annum Deus consecravit, septi-  
 mum sabbaticum quoque sanctum esse iusserit, eum praesertim  
 nulla causa subesse videatur, cur quinquagesimo illum honorem  
 voluerit haberi. (b) Si L admittamus, turbari annorum sabbati-  
 corum rationes, suspicantur, & quum ex divino mandato  
 inte-



integris sex annis agricolae operas suas persequi debuerint, per  
 intervenientia iubea saepe impeditos fuisse. Quod *Petavius* tan-  
 ti putat, ut *Moses* praeterire non potuerit, quin manifesto san-  
 xisset, per sex annos colendos esse agros, nisi forte intercederet  
 iubilium. (γ) Monet doctissimus *Cunaeus de Rep. Heb. lib I cap.*  
*VI p. 32*, pro miraculo fuisse, quod sextus quisque annus frugibus  
 tantopere abundarit, ut septimus, quem agrorum quieti & sab-  
 batismo lex destinaverat, nullam pareret famem, sicut patet ex  
*Lev. XXV. 20. 21. 22*; Memorabilius vero esse miraculum, si anno-  
 na unius anni per nostratam sententiam quatuor annis sufficere  
 debuerit, quod *Moses*, si ita esset, certe fuisset observaturus.  
 (δ) *Ludov. Capellus Chron. Sacr. Tab. V* plerosque memorabiles  
 patriarcharum ac populi Israelitici eventus resque gestas incidere  
 in finem vel initium iubiliorum & annorum sabbaticorum, scri-  
 bit, atque hoc facere ad calculi sui confirmationem. (ε) Non-  
 nulli in clarorum virorum, *Lirani, Hugonis Cardinalis, Rudolphi*  
*Flaviacensis, Ios. Scaligeri, Petavii, Calvisii, Cunaei, Hospiniani, Hel-*  
*vici, Buntingi, Maestlini, Codomanni, Mercatoris, Vbb. Emmii, B.*  
*Thummii, B. Behmii, Spanhemii, Cloppenburgii, Iunii, Tremellii,*  
*VVagneri, Lud. Capelli, Gerhardi, Strauchii, VVasmuthi, Io. Cleri-*  
*ci*, aliorumque innumerorum consensu magnum momentum  
 ponunt.

§. 5. Nostra argumenta ut enervent, dicunt (α) cum *Cu-*  
*naeo d. l. p. 28*, quod L annus in sacro codice iubeus appelletur,  
 id in neutram partem aliquid momenti habere: nam & per  
 saepe popularem usum, quem penes norma visque omnis & ar-  
 bitrium loquendi est, septimanam ostidium appellare; & olim  
 maximos scriptores passim Olympiadem, quae quatuor anno-  
 rum spatium continet, quinquennium vocasse. *Io. Clericus in Lev.*  
*XXV* addit, non infrequentis hoc esse in Scriptura usus: Sic re-  
 rum creationem absolutam dici, *Gen. II, 2* septimo die, quae  
 sexto absoluta sit. Qui & (β) negat obstare adversariorum sen-  
 tentiae, quod primus iubeus annus, L, numerato priori iubi-  
 leo, dici nequeat; nam eum ipsum annum, qui antecessit cal-  
 culum XLIX annorum, numerari posse, quamvis iubeus non  
 esset,



esset, eo enim iteratam fuisse legem de annis sabbaticis & iubi-  
 leis: Deinde L anni appellationem non esse ductam a primo iu-  
 bileo, sed ab omnibus reliquis, qui animo legislatoris obversa-  
 bantur, cum hanc legem tulit. γ) Iterationem legis *Petavius*  
 nihil quoque conficere censet, tum quia Mosis consuetudo sit,  
 ut innumera repetat, tum quod repetitio hieo facta dici possit,  
 ne forte, qui agros suos recipiebant anno iubileo, crederent,  
 eum annum sabbatorum aliorum numero esse eximendum, quod  
 in praedia sua redirent, qui eorum fructu indigerent. (δ) Idem  
 inter *Iosephi ac Philonis* verba & dictionem *Mosaicam* nihil inter-  
 esse putat, & quod ad hanc responsum sit, de *Iosepho & Philone*  
 quoque valere. (ε) Talmudicorum antiquorumque *Judaeorum*  
 testimonia elevat *Clericus*, exiguique momenti esse dicit, quod  
 ipsi fateantur, post templum secundum defuisse iubea observari,  
 atque ita, non quod viderint, sed quod conicerent ex lectione  
 Mosis, referant.

§. 6. Veram hic comperias praeclaram Arabum sententiam

إِنَّمَا يَسْتَأْذِنُ الْغَالِيءُ الْغَالِيءُ بِزُرَّةِ عَالِمٍ cum errat eruditus, errat er-  
 rore erudito. Nam quae illi non de trivio viri attulerunt, for-  
 tasse non a lippis ac tonsoribus expectaveris. Veritate tamen  
 magis, quam ullo alio praesidio freti cum simus, esse nos supe-  
 riores evasuros, nulli dubitamus. Hoc ergo modo illorum ra-  
 tiones dissolvi posse videntur. (α) Nequaquam numero septe-  
 nario inservivit legislator in iubileo fanciendo. Ut enim septi-  
 mum quemque, non septies septimum seu nonum quadragesi-  
 mum diem, ita nec undequingagesimum annum, sed septimum  
 quemque tantummodo in quietis suae, quae septimo die evene-  
 rat, memoriam otiosum & sacrum esse voluit. Oportet igitur  
 aliam causam subfuisse, quam numeri septenarii religionem.  
 Standum divino arbitrio, neque septenario numero, quem ha-  
 etenus sacrum esse largimur, solo nostro iudicio tantum tribu-  
 endum, ut pro argumento rationibus temporum expediendis i-  
 doneo habeamus. Vid. *Strauch. Brev. Chronol. proem. q. VII*  
*p. 9.* (β) Praeter rem metuitur, ne anni sabbatici turbentur.  
 Qui ita annos sabbaticos disponunt, ut ad cyclum sabbatico-  
 E rum



rum conficiendum ipsum iubileum adiungant, ii demum sunt huius confusionis accusandi. Scilicet qua ratione hi v.g. A. C. 1698 sabbaticum 1700 iubileum & sic amplius faciant, supra iam ostendimus. Vbi manifestum est, cum sex annis, qui inter sabbaticos 1698 & 1705, item inter 1747 & 1754 interfunt, continua agricultura esse deberet per Lev. XXV, 3. 4, utrobique turbari per iubea A. 1700 & 1750. Verum hanc nos numerandi rationem ipsi damnavimus, nostramque ea re praetulimus, quod nullam pariat annorum sabbaticorum turbationem, sicut ex supra dictis cernere licet. At enim parit, quando non semper septimus, sed post quodlibet iubileum octavus annus sabbaticus evadit v. g. si A. C. 1599 fuerit sabbaticus, 1600 iubeus, 1607 Sabbaticus; & amplius 1649 sabb. 1650 iubil. 1657 sabbat. apparet annum sabbat. 1607 ab 1599, & 1652 ab 1649 octavum esse, quum tamen lex septimum iubeat esse v. 4. Hoc non inficiamus magni esse momenti, sed legis tamen diligenti consideratione facile expeditur. Destinavit legislator v. 3. non simpliciter septimum quemque annum, sed eum, qui septimus sit a primo anno agriculturae. Nihil definitur, nisi, ut cum sex annorum continuorum satio & messis fuerit, septimo cessetur. (γ) Pro certo ponit Cunaeus, maius esse, cum Deus semel duobus annis intra spatium quinquagenarium sine semente & messe homines servavit, quam cum per idem tempus septem annis separatis id praestiterit. In quo haud dubie non paucos habuerit dissentientes. Ac faciamus, fuisse maius, poterat tamen populus Hebraeus colligere de facili, Deum etiam consulturum esse otioso biennio, qui recipiebat, curam se gesturum, ne famem pareret anni sabbatici otium. (δ) *Capellum* miror, nec perspicio, quod sibi fingit, firmamentum. Abraham, inquit, natus est anno mundi 2008, hoc est anno ultimo iubei quadragesimi primi. Vixit annos 175, hoc est tres iubeos & quatuor hebdomadas annorum: Vocatus a Deo egreditur Vre Chaldaeorum, cum esset natus annos 70, h. e. iubileum unum & tres hebdomadas &c. Et nunc infert, anni iubei periodum esse annorum XLIX, quia illo pacto annus hic undequingagesimus saepe memorabili quodam eventu



ventu in vitis patriarcharum sit insignitus. Mundi iubileum, quod ante sanctionem Sinaeam a Deo quoque observatum sit, falso cum quibusdam comminiscitur. Annos porro nativitatis & profectiois Abrahami ex Vre tanquam certos & indubitatos ponit, qui tamen aliis aliter constituuntur. Denique ista colligendi ratio si valeret, nos sane non minus, quam ipsum iuaret. Abrahamus emigravit Vre anno aetatis LXX, h. e. nostro calculo post primum iubileum anno ultimo tertii sabbatismi. Deus foedus cum Abrahamo ferit, nomen pristinum mutat, circumcisionem instituit anno eius 99 h. e. anno ultimo secundi iubilei, sive septimo anno sabbatico post primum iubileum. Cum nasceretur Isaacus, annus aetatis Abrahami erat 100, Gen. XXXI, § i. e. alterum iubileum &c. (e) Summi viri ea credendi sunt fuisse pietate ac modestia, ut aliter per divinam legem edoctos in verba sua ipsi noluerint iurare. Neque omnes pari studio ac pertinacia illam sententiam propugnarunt. *Liranius* non amplectitur, sed tantum textui facile accommodari posse dicit, quod falsum esse, ex dictis dicendisque apparet. *Cunaeus*, non minimus illorum prope dubitanter concludit: quam opinionem eorum, qui iubileum spatio annorum XLIX, non L absolutorum definerunt, neque improbamus, & profecto admittimus etiam. Invenias inter eos, qui *Scaligerum*, *Petavium* & reliquos ipsi damnant, & vim legis verbis inferre asseverant. *Cl. Wilh. Langius lib. I de annis Christi cap. XI p. 138 seq.* & *Matth. Wasmuthus Vindic. Hebr. part. II p. 244* eos omnes probant quidem, qui totum iubileum Mosaicum tantum XLIX annos complecti statuunt, errare tamen in eo affirmant, quod putent ipsum septenum annum simul fuisse iubileum seu iubileum incidisse in ipsum ultimum annum sabbaticum illorum XLIX annorum. Argumentum subiungit, v. 10 diserte dici, exacto prius numero XLIX annorum, h. e. quinquagesimo anno, tubae signo indicandum fuisse iubileum, quod veritatem sententiae nostrae firmat. In ipsorum vero, *Langii* & *Wasmuthi*, numerandi disponendique ratione quid desideremus, hic exponendum. Quemque quinquagesimum annum, tanquam finem seu ultimum praecedentium annorum XLIX



exclusive, simul faciunt primum seu initium sequentium annorum XLIX inclusive; v. g. si 1599 fuerit septimus sabbaticus, & 1600 iubilium, illorum sensu 1606, 1613, 1620, 1627, 1634, 1641, 1648 essent sabbatici, & 1649 iubilium: tum porro 1655, 1662, 1669, 1676, 1683, 1690, 1697 sabbatici, & iubilium 1698. Sed sic quoque adhuc Mosis verbis adversantur, per quae semper sex anni agriculturalium operae relinqui, & septimus demum otiosus esse debebat. Nam v. c. inter annos sabbaticos 1599 & 1606, item 1648 & 1655 non intersunt sex, sed quinque tantum anni otiosi, quia per iubilium interveniens erat nihilo minus a semente & messe conquiescendum. Iubilium ergo ad sexennium, quod annum sabbaticum praecedit, referri, annisque L iubilii sequentis annumerari non oportet. *שנת יובל אינה עולה ממנון שני השבוע אלא שנת השעה וארבעים שמטה ושנת חמשים יובל ושנת חמשים ואחת תחלת שש שנים של שבוע וכן ככל יובל ויובל* *Annus iubilicus non proficitur a numero annorum septenario, sed annus XLIX est sabbaticus, & annus L est iubilicus: annus vero LI est initium sexennii hebdomadis, & sic res habet in omnibus omnino iubilicis, Maimon. l. d. c. X § 7.* Nomina magna clarorum virorum, siquid illis dandum est, haud paulo plura nobis, quam adversariis suppetunt. Nobiscum enim faciunt, praeter Iudaeos, Iosephum & Philonem, Doctores Ecclesiae veteres plerique, Liranius, Benedictus Benzoni, Abulensis, Caietanus, Sanctes Pagninus, Iacob. Bonfrerius, Iesuita, Saliarius, Serarius, Paraeus, Cornelius a Lapide, Funccius, Bucholzerus, Crenzheimius, Chemnitius, Flacius, Hottingerus, Io. Lightfoot. Vid. Cornel. a Lap. in Lev. XXV.

§. 7. Minori negotio rationes nostras vindicabimus, & quod illis labeculae adpersum est, abstergemus. (a) Alio non valet ille, quem iactant, loquendi usus, nisi ut declaret, L annos, praeterquam quod dimidium seculum plerumque significant, unde quinquaginta interdum esse posse. At quia nullum momentum statim insolentem hanc significationem svadet, prior multo usitator, per probatissimam explanatorum praeeptionem, adhuc verosimilior existimatur. Quid? quod ne usum  
 qui-



quidem ita probant, ut admittere possimus. Esto enim, vulgo octidui verbo septimanam exprimi, ecquis vero vulgarem dictionem adhibuisse credat Mosen, aut ipsum summum legis latorem, Deum, ubi in numero rei gravissimae constituendo versatur, ac praesertim tam solícite antea annos numerat? Numerabis tibi septem hebdomadas annorum, septem annos septies, ita ut tempus septem hebdomadam annorum sint tibi XLIX anni; Tunc facies, ut ubique personet clangor tubae, & sanctificabis annum quinquagesimum. Minutatim gradatimque septem, septies septem, unde quinquaginta integre & usitata ratione dixerat; iam quis credat statim quinquaginta pro XLIX ex vulgari usu insolenter dixisse? adeo Deum volaticum, varium & inconstantem esse, tam ambigue loqui? Valeant, qui ita oracula divina ad rudis plebeculae ingenium attemperata vociferantur, ut rei tantum speciem & umbram, non veritatem exhibeant. Imo vulgaris etiam lingua, cui octiduum septimana esse dicitur, vere loquitur, quia una numerat, & recte numerare potest diem ante hebdomada. Id quod ita non procedit in pluribus iubileis numerandis. Et quod maxime tenendum, unius linguae usus ad alteram minus apte transfertur. Inde, quod Graecorum olympias, quae quadriennio terminatur, aliquibus scriptoribus quinquennium appellatur, colligere velle, apud Hebraeos quoque שנת החמשים שנה quinquaginta annos oportere esse XLIX, est profecto indidem arguere velle, Latinorum lustrum, quod quinquennio finitur, quatuor annorum esse. Quem ratiocinandi modum nemo sanus perpetuetur. Itali quae post alteramquamque hebdomada fieri significant, aiunt, *ogni quindici giorni* omnibus quindecim diebus evenire, secus quam Germani, qui suo eloqvendi more *alle vierzehnen Tage* dicunt. Olympiada ratione minus usitata quinquennium dici, error probat, cui apud nonnullos hoc verbum praebuit occasionem, ita ut *Matth. Mart. in Lex Phil. apud Coelium Grammaticum*, qui scribit, *quinto finito anno agona olympicum fieri*, legendum putet quarto. In Hebraea certe oratione usum huiusmodi loqvendi obtinere, ad liquidum deducere adversarii nondum potuerunt. Nos non tantum vim



verbi **חמשיים** nativam tenemus, sed legem quoque plane **πενήλ-  
 ληλον** adferimus, ubi adversariis ipsis non inficiantibus, nostra  
 explicatio observanda. Videlicet Lev. XXII, 15 de pentecoste  
 sermo est, atque numeratis septem dierum hebdomadibus, festus  
 dies indicitur in quinquagesimum, non in ultimum septem he-  
 bdomadam. Quomodo & hic elapsis septem annorum hebdo-  
 madibus, non ultimus harum hebdomadam annus, sed quinquage-  
 simus festus sit oportet. Excipit *Clericus*, non necesse esse, ut  
 similitudo sit inter calculum pentecostes & iubilei, cum nusquam  
 hoc dicat Moses, nec phrasas haberi utrobique profus easdem.  
 At multo minus necesse est, esse similitudinem inter olympiada  
 & iubileum. Imo utique necesse est, aut saltem maxime probabi-  
 le, si verba ibi vim hanc istamve obtinent, nec ullus ostendi po-  
 test locus, ubi aliam induant, eandem etiam hic servare. Phra-  
 ses licet eadem omnino non sint, sufficit tamen ad **πενήλληλι-  
 σμόν**, esse quam simillimas, eandemque utrobique numerandi ra-  
 tionem. Quod idem confidenter adfirmat, Gen. II, 2 rerum cre-  
 ationem absolutam dici septimo die, quae sexto absoluta sit, in-  
 considerantia est, tanto Critico minus fortasse digna. Septimum  
 dici diem, ait, & sextum intelligi. Verum nulla fingi vel exco-  
 gitari potest ratio, cur sextus dies dicatur septimus, quando nul-  
 lus ante sextiduum illud primum dies fuerat? Deumne sine ratio-  
 ne & sex pro septem & contra ponere in Clerici gratiam dice-  
 mus? Verum est, interpretum veterum nonnullos hic haesitasse;  
 nam *Graeci* pro **השביעי ביום** die septimo, substituerunt **עַוְיָהּ**  
**הַמֵּעָא תְּהַ עַוְיָהּ** in die sexto, & *Samaritanus Textus* habet  
**הששי ביום** *Versio Samarit.* **שיתרה ביום** *Syrus*  
**כַּנְסָאֵן בַּיּוֹם הַשְּׁשִׁי** in die sexto: sed, qui diem septimum  
 hic sextum significare asseruerit, reperire nondum licuit. Per-  
 fecta Hebraea, & quae eiusdem valoris sunt, Futura cum **וַיְהִי**  
**וַיְהִי** seu **וַיְהִי** convertente copulata, plusquamperfectorum,  
 quibus carent Hebraei, significationem saepe adsumere, tirones  
 Hebraearum literarum norunt. Ipsi *Clerico* sua in mentem re-  
 vocanda praecipio ex *Art. Crit. P. I. c. 4. p. 42* pauca habere He-  
 brae-



braeos tempora i flexione distincta, eaque subinde inter se mi-  
scefi. Sic  $\text{ויכר}$  non est perficit, sed perfecerat Deus die septi-  
mo opus suum. Erubescere non potest *Clericus* hanc observa-  
tionem, cuius *Clariss. Drusium* non poenituit. Qui cum eam lau-  
dasset, notassetque mutationem LXX h. l. contra codicum o-  
mnium fidem factam subiungit: *Huiusmodi observationes, licet*  
*leves videantur, non sunt contemnendae, nam ignoratae, magnas*  
*quandoque tenebras offundunt viris magnis.* *Glassius* etiam no-  
ster *Phil S. lib III Tract. III can. III p. 236* docere *Clericum* po-  
terat, verba inchoandi compleri quid saepe notare, ut  $\text{ויכר}$  sic,  
perfectum habuit, tenuit sive continuit Deus die septimo opus  
suum, ut *Iunius* quoque in *Annotat. bibl. observat.* Ergo septi-  
mus dies non tantum dicitur, verum quoque intelligitur. (β)  
Vnde quaeso habet idem, eo anno, qui antecessit calculum  
XLIX annorum, iteratam fuisse legem de annis sabbaticis & iu-  
bilibus? nam anno sabbatico recitatam esse legem ex *Deut. XXXI,*  
*10, 11* *Neh. VIII, 3. 7* quidem constat. Atque sit ita, ab illo ta-  
men anno haudquaquam numerandi initium fieri potest, quia  
lex diserte mandat, ut septimo sabbatismo seu annis XLIX ela-  
plis, proximus L sit iubileus. Quod comminiscitur, legislatore  
iubileum primum non respexisse, vanum est. Hoc enim  
vel maxime eum oportebat cogitare, quia tum novum erat, &  
si diversum quid ab aliis obtinuisset, sigillatim indicare, ne in li-  
mine statim offenderetur. (γ) *Petavius* ignorare non potuit,  
iterationem verborum & rerum earundem in *Mose*, quamvis fre-  
quens sit, nunquam supervacaneam, otiosam & inanem esse.  
Atque hic, cum paucis lineis ante edictum esset, ut anno sab-  
batico agricolae opera rustica intermitterent, eiusdem repetitio  
statim subiecta in mandato de iubileo, alium plane annum de-  
clarat. Nam in dubitationem, quae fingitur, propter legis, ge-  
neratim & universe loquentis, claritatem, non poterant venire,  
quibus bona sua restituebantur. (δ) *Iosephi* testimonium fru-  
stra elidere conantur velut obscurius, quia iubileum non modo  
dixit  $\text{πεντηκὸσόν}$  quinquagesimum, sed quoque luculenter ex-  
planavit, incidisse  $\text{μετὰ ἑβδομήν ἑτῶν ἑβδομάδα}$ , post septimam  
anno-



*annorum hebdomada.* Non ergo incidit in ipsam septimam hebdomada, sive in septimum annorum sabbatum, sicut illi volunt. Si anceps est *Philonis* verbum, quum vocat πεντηκοστὸν *quingagesimum*, quae sequuntur, dubitationem omnem eximunt, *Philo* enim paulo post distingvit annum septimum a iubileo, qui tamen illorum sensu distinctus non est. Ac *lib. de septenario* p. 1183, ubi in eo est, ut ostendat, quemadmodum Deus septenarium honoraverit κατὰ πάντα χρόνος ἡμερῶν καὶ μηνῶν, καὶ ὅσων αὐτῶν per omnes temporis partes, dies menses & annos, dicit equeidem septimum diem, mensem & annum sacrum esse, at septimi sabbati annorum mentionem non facit, illud iubileum fuisse, quod argumentum, si cum illis sensisset, ad augendam septenarii sanctitatem non fuisset omissurus. (s) *Iudaeorum* veterum fides propterea in dubium vocari non potest, quod iubea ipsi non celebrarint. Quotusquisque historicorum auctoritatem suam tuebitur, si non nisi in iis, quae ipsi visa sunt, fidem habere debemus? Si cognitum *Iudaeis* illis fuit, quo tempore iubileorum finis fuerit, in quo eos admittit *Clericus*, quidni ipsum iubei cyclum scire potuissent? Coniecisse eos tantum ex *Mosis* lectione, quae scripserunt de iubileo, vel iccirco non est verisimile, quia multa momenta & circumstantias in *Mose* non extantes memoriae prodiderunt. Constaret quoque sua illis auctoritas, si maxime per coniecturam ex *Mose* hausisse concederemus. Quod si *Graeci* *Latinive* hominis coniecturae in *Graecorum* vel *Latinorum* scriptis explanandis plurimum tribuimus, nihil causae video, cur *Hebraeo* in verborum *Hebraicorum* significatione & vi explicanda, nihil plane sit dandum.

V.  
**P**Rivilegia sunt tria, intermissio sementis & messis, restitutio fundorum & liberatio denique servorum.

§. I.  
**S**anctum & solemne fuit *Hebraeorum* iubileum. Edixit legislator  
latoꝝ



lator clare v. 10 **וְקִדְשְׁתֶּם** sanctum habebitis annum quinquagesimum, & v. 12 **כִּי יוֹבֵל הוּא קֹדֶשׁ תְּהִיֶה לָכֶם** quando iubileum est, sanctum esto vobis. Aliter hoc anno populus Israeliticus gerere se debebat, atque in annis reliquis non consecratis. *R. S. Iarchi* ad h. v. **שנה זאת מוכרלת משאר** *annus hic distinctus est ab annis reliquis.* *Qvi* & paulo ante exponit, quemadmodum consecratio facta fit loco publico: **בכניסתה מקדשון אותה בבית דין ואומרים מקודשת השנה** *In eius ingressu sanctum pronunciant illum loco iudicii, dicuntque: sanctus est annus hic.* Sanctitas quam late pateat, ex eius iuribus & privilegiis iudicandum, quibus omne, quicquid solemne habet, continetur. De numero illorum non convenit inter eruditos. Partim eorum minuunt & sementis ac messis intermissionem excludunt, qui deinceps confutantur. *Qvidam*, ut *Osiander, Flacius, Cornelius a Lapide, Abr. Ramburtius*, alique, augent, adponuntque quartum de remissione debitorum, & negant hoc anno quicquam a debitoribus Israelitis exigi potuisse. Ipse Iosephus consentire videtur *Antiqv. lib. III c. X p. 96 ἐν ᾧ*, inquam, *οἷτε χρεῖσται τῶν δανείων ἀπολύονται*, in quo iubileo & debitoribus foenus remittitur. *Il* vult, que les debiteurs demeurassent quittes de toutes leurs dettes, edit. noviss. *Andillii* p. 79. Quoniam vero in tota lege de iubileo nullum huius rei vestigium cernitur, ad vulgatam interpretationem se conferunt, quae v. 10 habet: vocabitis remissionem. Sed in Hebraeo est **לְרִירָה** libertas, non remissio. Favere videtur *Philo* **ἐν τῆς Φιλαιᾶς** pag. 704: **ἤπιτελείται μὲν ἅ καὶ τῷ ἐβδομῷ** fiunt tunc (in iubileo) eadem, quae anno septimo. *R. Salomo* v. 11 & 12 **כשם שנאמר בשביעיר כך נאמר ביובל** *Sicut dictum in septimo anno, ita quoque in iubileo.* Atque anno sabbatico debita remitti certum est per *Deuter. XV, 2. 3.* Quod **שביעיר משמטו את** ita explicat: **שביעיר** *Septimus annus dimittit debitum cum chirographo, & sine eo.* At vero convenientia illa, de qua *Philo* & *R. Salomo* alique, probe intelligenda est. **Conveni-**

F

unt





unt iubileum & annus sabbaticus certis, non omnibus modis.  
Non alia illorum mens est ac *Maim. ib. § 15*: דין הוֹבֵל בְּשַׁבִּית הָאָרֶץ וְדִין הַשְּׂמֵטָה אַחֵר הוּא לְכֹל דָּבָר כֹּל שֶׁאִסּוּר  
בְּשַׁבְעֵי ת מַעְבֻּרֵת הָאָרֶץ אִסּוּר בְּשַׁנַּת הוֹבֵל וְכֹל שְׁמוֹתָר  
בְּשַׁבְעֵי ת מוֹתָר בְּיוֹבֵל *Iubilei, quantum ad terrae quietem, eadem plane ratio est, quae anni sabbatici. Quidquid prohibitum est anno septimo de agricultura, id pariter prohibitum iubileo: quicquid vicissim licitum in septimo anno, illud quoque licitum in iubileo. Stat proinde sententia de tribus privilegiis.*

§. 2. Qvi negant agrorum culturam & messem intermit-  
tendam per iubileum fuisse, caduca infirmaque nituntur ratione,  
quam deinceps expendemus. Magna fuerit audacia & temeri-  
tas, hoc privilegium, quod in media lege de iubileo legimus ex in-  
stituto ac diligenter relatam, inde velle eximere aut alienum pu-  
tare. Edictum v. 11 nonne solis luce clarius est? Annus quin-  
quagesimus esto vobis iubileus לֹא תִזְרְעוּ וְלֹא תִקְצְרוּ  
ne seminatote, nec metitote sponte nascentia eius. Ad quae  
verba *AbenEsra* אַחֵר שְׁהֵיָה שְׁנַת יוֹבֵל לֹא תִזְרְעוּ  
*quandoquidem est annus iubileus, ne seminatote.* (a) Ea, quibus  
otium esse & quies debebat, v. 4 plane expressa sunt לֹא שָׂרְדָה  
לֹא תִזְרַע וְכִרְמָה לֹא תִזְמַר agrum tuum ne seminato, nec vine-  
am tuam putato. Etsi enim haec pars est legis de anno sabbat-  
tico, quia tamen hoc privilegium commune est utriusque, anno  
septimo & iubileo, non est alienum, eam huc adferre. (b) Hac  
vero ratione ac modo quiescendum erat ex legislatoris praescri-  
pto, ut agricultura omni, aratione, sementi, occatione, & messe  
prorsus abstinerent, terraeque, ut Iosephus loquitur, remissionem  
ab aratro & plantatione concederent. Atque ista quidem nihil  
dubitationis habere possunt, quando iubileo non minus, atque  
anno septimo לֹא תִזְרְעוּ לְאָרֶץ שַׁבַּת שַׁבְּתוֹן לְאָרֶץ sabbatum cessationis sive sab-  
batum magnum esse debebat. De messe addubitare quis pote-  
rat, quia vineae inprimis, & agri sine cultura sponte etiam multa  
efferebant, licueritne ea colligere in suum cuiuslibet usum. Hanc  
dubitationem plane praecidit lex לֹא תִקְצְרוּ אֶת-סְפִיחֶיהָ וְלֹא תִכְצְרוּ



את-נזריה תבצרו ne metite sponte nascentia eius anni, neque vindemiare uvas intermissarum vinearum eius vobis. Quid sint ספוחיה & נזריה non omnino inter eruditos constat. Ipsa materia & legislatoris intentio utriusque valorem satis aperiunt. Scilicet ספוחיה sunt, quae eo in anno agri neque arati, nec seminati largiebantur. Iosephus l. d. appellat τὰ ἀυτομάτως ἀναδόμενα ἀπὸ τῆς γῆς, sponte abs terra prolata: Philo eleganter πρὸς τὴν Φιλασθρ. p. 704 ἀυτοματιθέντα καρπὸν, δῶρημα φύσεως, sponte natum fructum, donum naturae: Graeci LXX item ἀυτώματα, quae se ex interiore principio movent. Hi omnes docent, fructus significari, quos terra innata facultate & virtute producit. R. D. Kimchi lib. R. ex eoque eiusdem compilator R. Sal. Ben Melech h. l. הוא הצמח היוצא מבלי חרישה וזריעה, Sphichaeha est quod provenit sine aratione & semente. Et si vero sine humano labore & cura multa proveniunt, semen tamen, sine quo nihil nascitur, ad illorum procreationem terra videtur indigere. Aptè iccirco ea intelliguntur, quae ex granis deciduis superioris anni videmus enasci. Paulus Fagius cadiva vocat. In quam sententiam quoque explicat Raschi Lev. XXV, 4 אפילו לנת זרעתה והינת צמיחה מן זרע שנפל ברה, quod, quoniam non seminaveris, nascitur ex semine, quod decidit tempore messis. נזריה ad vineas pertinet, & uvas notat, quas vites non cultae sua sponte efferunt, quod B. Lutherus optime expressit. Certum saltem est, legislatoris hanc fuisse voluntatem, licet de verbo eiusque nativa notione non consentiatur. Quidam simpliciter ad נזר quod separandi significationem habet, referunt, ut sint uvae, quas antea sibi separaverant vinearum domini, atque vendicarant. Quo sensu Iarchi ait שהנזרת הפרשה בני אדם מהם ולנת הפקרתם uvae, a quibus arcuisti homines, nec communes fecisti, & v. 11 vocat את הענבים המשומרים uvas servatas & custoditas. Kimchi l. d. ideo a separando nomen repetendum dicit, quod homines separaverint, sive non admoverint manus ad eas colendas, seu quod sint שפירשת מהם ולא התעסקת בהם כעבודה



בעבורה , *uvae*, a quibus te separasti, nec operam navasti in earum cultura. Alii, inter quos Munsterus, indidem repetentes, explanant per uvae derelictas, secuti Onkelosum, qui habet שבקתה *reliquias eius*. Plerique tralate a nasiraeorum ritu consecratas quasi dici volunt, quod non, uti adhuc, dominis suis usui essent, sed aliis cederent. Vnde LXX ἡγιασμένα *sancta*, quidam Graeci, ut Grotius observat, τῆς ναζιραίας scil. γῆς *terrae nasiraeae uvae*, vulgatus explanator Latinus, longius abiens, primitias vindemiae vocarunt. Samarita vertit כלליותה *coronas eius*, quia נָזַר quoque est diadema. Quamquam vetus Scholiastes Vaticanus eum dicit vertisse τῶν χέρσων, *terrarum incultarum*, uvae. Qui quid sibi velit non apparet. (γ) Cui bono ita sanxerit legislator, memoratu dignum est. Scilicet v. 6, & 7 definitur, ut sit tibi, & servo tuo, & ancillae tuae, mercenario tuo & inquilino tuo, qui peregrinatur apud te, & iumento tuo, & cuique bestiae, quae est in terra tua. Ipsi domini, cum metere prohibebantur, quae agri & vineae sponte sua efferrebant, non penitus excludebantur. Licebat illis quoque comedere de agri cuiusque proventu v. 12, modo non tanquam proprio uterentur, & alios abigerent, sed communem omnibus permetterent. Testatur hoc R. Salomo, qui legem, non metes sponte sua natum in agris, ita interpretatur: להיות מחזיק בו כשאר קציר *ut tibi vindices, sicut alioquin in messe, sed commune esto omnibus*. Et paulo post de uvis sine cultura natis מן המופקר אלם *non vindemias tibi eas tanquam proprios, sed velut de communi & publico*. Ἐπὶ τῶν αὐτομάτως ἀναδοθέντων δὲ τῆς γῆς, κοινὴν εἶναι τοῖς θελοῦσιν τὴν γῆν, quae per hunc annum sponte sua dederit terra, communia & publici usus esse iussit, Ioseph. ib. Philo etiam de septenario p. 1187 dicit inter alia super hoc anno sancita esse τὰ κοινω-νίαν ἔχοντα, ea, quae ad communionem pertinent. Atque ista communio stricte fuit observata per ריבוי הביעור *ius remotionis*, quod vocant Talmudici, ita, ut, si quod genus fructuum per messis tempus conderetur ac reponeretur, eorum vescendorum potestas non esset, nisi quoad illud genus reperiebatur in arboribus & a-



& agris. His ab isto fructuum genere vacuis, promendum, communicandum & publice exponendum erat, quicquid domi habebatur. V. g. si quis collegisset ficus, & ex illis quosdam exsiccasset, non poterat de illis comedere, nisi quamdiu ficus reperiebantur in arboribus, quod si vero nullae amplius in illis reperiebantur, cogebatur לבער remove illos, quos domi habebat, aut statim, siquidem poterat, comedere vel publice exponere, *Buxtorf. Lex. Talm. col. 336.* Fructus quoque septimi anni aut quinquagesimi vendi non poterant pro pecunia, sed cum alio cibo commutari; idque citra omnem mensuram, numerum & ponderationem, ut scilicet hoc iudicio omnia communia ostenderentur, *Seb. Munster. Lev. 25, 10.* Si quis interim vendiderat, ius remotionis non expirabat. Etenim *Cap. VII* מִסְכֵי שְׁבִיעִית כל שהוא מאכל אדם ומאכל בהמה וטמין וצובעו ואינו מתקיי בארץ יש לו שביעית ולרמיו שביעית ויש לו ביעור ולרמיו ביעור *quicquid esculentum homini & bestiae est, & ex colorantibus, nec vivit in terra, habet ius sabbaticum, imo habet etiam pecunia pro eo, cum venit, accepta: Ad ipsum neque remotio atque ad pretium pro eo datum spectat.* Quod maxime admirationem moveat, idem brutis animantibus officium debebatur, iisque non modo domesticis, sed quoque feris לבהמתך ולחיהך iumento tuo & bestiae cuique. החיה אוכלת מן השרה *fera pascit de agro, iumentum ac domesticum animal domi, eo loco, quo consueverunt, ut in Talmud habetur.* Quod homines edere volebant, aut non poterant, id bestiarum erat, ut foenum & stramen. Vnde dicunt Hebraei, citra piaculum stramen in iubileo, vel etiam in septimo anno natum comburi non potuisse, quando bestiae cibus esse poterat. Nec ex illo stramine cervical impleri debuit, quod Deus bestiis in escam dedit, *Seb. Munsterus d. l.* Haec summa item religione erant praestanda, quia & hic locum habebat ביעור ריון ius remotionis. *R Salomo ad v. 12* אם כלה לחיה מן השרה אתה צריך לבער מן הבית כשכלרה *si feram prohibeas agro, removere domo te oportet; idemque ad locum superiorem* *Quod si quis bestiam agro arcuisset,*



ius remotionis valebat. Excipiebantur tamen, quae inclusa erant  
sepibus aut muris, quos nefas erat transilire aut perfodere,  
*Pet. Molinaeus diss. de sabbato & festis diebus thes. XI pag. 431.*  
(d) Leniebatur facile divina compensatione egestas, quae erat  
alias ex communi messis defectu metuenda. Praeterea enim,  
quod suppetebat תבואה fructus iubileo anno sponte natus, qui  
in vineis praecipue aliquando copiosus & locuples est: legisla-  
tor, praevidens multorum sollicitudinem, liberaliter pollicitus est  
v. 21, anni sexti fruges se adaucturum esse & cumulaturum, ut tri-  
bus annis satis esse possint. Addit *Philo l. d.* sequentem proximi-  
me annum duplo uberiores, interdum etiam longe maiore men-  
sura fructus protulisse. Quia tamen sub conditione probitatis  
& obedientiae hoc beneficium promissum est per Lev. XXV, 18,  
XXVI, 34, 43, Deut. XXVIII, 1 seq. haud dubie ultimum est saepe  
Numen populi mores minus rectos vitamque pravam, ut per  
sabbaticum & iubileum egerent. Rogatus certe magnus Alexan-  
der est, quum subiugasset Iudaeam, ut septimus annus, quia sit  
ἀνέρωτ &, etiam ἀτελής καὶ ἀνεὶσ πορ & esset.

§. 3. Alterum beneficium spectat fundorum restitutionem  
וְשִׁבְתָם אִישׁ אֶל-אֲחוּתוֹ revertimur quisque ad suas possessio-  
nes v. 10. Fuerunt Israelitae usufructuarii sive feudatarii, Deus  
vero terrae sanctae Dominus. Mea est terra, nam vos peregrini  
& inquilini estis apud me, ait legislator v. 23. Σύμπασιν ἡ χώρα  
καὶ κτήνητα θεῶν tota regio peculium Dei vocata est, scribit  
*Philo*. Tribuerat interim singulis tribubus certam partem, quam  
alienari nolebat. Si cuius tamen fortuna foret tenuior, ut non  
esset, unde viveret, tum demum res ad agrorum venditionem  
devolvebatur. *R. Mos. Maimon. ibid. cap. XI § 3:* למכור  
ולהניח הרמי' בכיסו או לעשות בהן סחורה או ליקח בהן  
כלי' או עבד' או בהמה אינו רשאי אלא למונו' בלבר  
vendere, & condere pecuniam in arca, aut facere ea mercaturam,  
aut parare eadem suppellectilia, vel servos iumentumve non licebat,  
sed ad alimenta duntaxat. Verum & tunc vetabantur vendere  
לצמתי v. 23 ad excisionem, absolute, in perpetuum, lege  
mancipii, ἐπ' ἀκμήσιν ad possessionis iacturam, למכור סחוקה  
עולמות



עולמות venditione aeternum firma. Si quis ita venderet, uter-  
 que, venditor & emtor, תעשה כלה עוברים *transgre-*  
*diebatur praeceptum negans, Maim.d.l. § 1.* Quapropter agros ven-  
 ditos necessario & cognato venditoris redimere licebat. Si de-  
 esset vindex talis & redemptor, ipsi venditori, ubi erat, quantum  
 reddendum, consecutus, integrum & fas fuit vindicare, his le-  
 gibus, ut (α) anni venditionis supputarentur (β) sua pecunia  
 sine mutuatione & versura, & (γ) denique biennio saltem ela-  
 pso fieret. (α) Primum iuris divini est v. 27 וְחָשַׁב אֶת־שָׁנָיִם  
 מִמְּכָרוֹ supputet annos venditionis suae, & restituat, quod super  
 est, viro, cui vendiderat. Numerandi rationem, quam *Talmudici*  
 fuse tradunt, ex *Maim. § 4 § 6* strictim referemus. Quum quis vin-  
 dicare constituerat fundum, ad calculum vocabat annos, quos  
 emtor absorberat, & prout plures vel pauciores superabant ani-  
 ni usque ad iubileum, plus minusve soluti pretii reddebat v g.  
 si C denariis venierat ager anno decimo ante iubileum, & tri-  
 ennio post redimebatur, LXX denarii emtori erant reddendi,  
 sin sexennio post fieret, XL restituebantur. Nec impediabat  
 calculum aut turbabat, sed pro biennio habebatur, si paulo ante  
 anni principium alienatus esset ager, emtorque per biennium  
 trium annorum fructus percepisset, quia legislator non fructus  
 sed annos spectare iussit. Quid si emtor alii vendiderit? respon-  
 dent *Talmudici in Bava Kama cap. I:* si dominus vendidisset  
 C denariis & emtor CC, ille in redimendo agro cum solo prio-  
 ri sive eo, cui vendiderat, rationem conferebat: sin CC ipse pos-  
 fessor vendidisset, & emtor ultra C modo denarius alienasset, cum  
 posteriori tantum rationem inire necesse habebat. (β) alteram  
 conditionem lex ipsa non habet, ex *Talmudicis* vero *Maimon.*  
*d. c. XI § 17* clare docet: המוכר שדה אחוזתו והיו לו שדה  
 אחרות ומכר מאותם השדות כדי לגאול שדהו שמכר  
 אין שומעין לו שנאמר ומצא כדי גאולתו עד שימצא  
 דבר שאינו מצוי לו בשעה שמכר וכן אם  
 לזה לגאול אין שומעין לו שני והשיגה ידו לזה  
*Vendentem possessionis suae agrum, si ei fuerint alii agri &*  
*horum aliquid vendiderit ad eum, quem prius vendiderat, redi-*  
*men-*



meñdum, non audiunt, quoniam dicitur (v 26) si invenerit, quantum satis est ad redemptionem, donec invenerit, quod, cum venderet, non habebat: Sic etiam, si mutuatus sit, ut redimat, non audiunt eum, quia dicitur (comm. eodem) si attigerit manus eius, non, quod mutuo acceperit. (γ) Ultima est similiter Talmudicorum. Idem ib. § 10: צריך שיאכיל הלוקח שתי תבואות בשתי שנים ואחכ יגאל שנה שני תבואות לפיכך אם היתה אחת משתי השנים שביעיר או שנה שדפון או ירקון אינה עולה מן המנין  
Opus est, ut perceperit emtor duorum annorum fructus, & tum redimere licebit, quia dicitur (v. 15) anni fructuum. Quamobrem si alter duorum annorum fuerit sabbaticus, aut uredine vel rubigine vitiatus, is non ingreditur rationem annorum. Quaecumque ita essent, in ipsis fundis vendendis emendisque rationem habebant & habere debebant spatii, quod intererat inter tempus venditionis & futurum iubileum. Hoc enim si longe abesset, pluri, sin proprius, minoris veniebant v. 14. 15. 16. Quod si vero neutro modo, neque per cognatum venditoris, nec per ipsum redimeretur ager, in iubileo & quidem בתחלת השנה initio anni, ut observat *AbenEsra* v. 13, ad dominum redibat. Cui iuri fraudi esse non poterat, si vel sexcenties mutasset possessorem fundus, aut dono datus esset, *Maimon.* § 15 & 19. Sine pretio & gratis quisque agrum suum recipiebat, nisi forte in melius formasset emtor, quod, quanticunque esset, erat dissolvendum. *Talmudici in Bava Kama cap. 1* השכיח נוטל שכרו ויחזיקו לפרנסתו  
*Qui meliorem reddidit, accipit incrementum eius, qui deteriore effecit, dicit, ecce hic tuum est.* Quo modo etiam intelligendus est *Iosephus Antiq. lib. III c. X p. 96* οὐσάντων τῶν ἰωβήλων, ἐλάττωσαν δὲ σημαίνουσι τῶν μα, συνέρχονται ὅτε ἀποδόμῳ τὸ χωρίον καὶ ὁ προϊάμῳ καὶ λογισάμῳ τὰς κάρπας, καὶ τὰς εἰς τὸ χωρίον ἀπαίτας γεγενημέρας, τῶν μὲν καρπῶν πλεονάζειν εὐρεθέντων, προσδέχεται τὸν ἀγρὸν ὁ ἀποδόμῳ. Τὰ δὲ ἀταλώματα ὑπερβάλλονται, ὑπερ τὰ λείπονται καταβάλλων τὸ ἰκνέμενον, ἐξίσταται τῆς κτήσεως. ἴσων δὲ συναρμυμῶν τῶντε καρπῶν καὶ



καὶ τῶν ἀναλωμάτων, ἀποδίδωσι τοῖς καὶ πλεονεξίαις  
 Lors que le Jubilé estoit proche, le vendeur & l'acheteur de l'he-  
 ritage supputoient ensemble, ce, que le revenu en avoit monté, & la  
 dépense, qui s'y estoit faite. Que si le revenu excédoit la dépen-  
 se le vendeur reprenoit l'heritage: & si au contraire la dépense  
 excédoit le revenu, le vendeur rendoit le surplus, & l'heritage  
 luy retournoit; Mais si le revenu se rencontroit estre égal à la dé-  
 pense, l'ancien possesseur rentroit dans son heritage, edit. Dn. Ar-  
 nauld d'Andilly Amstel. 1700. p. 79 Hoc privilegio domus habi-  
 tabiles vicorum, qui sine muris erant, & omnia aedificia fun-  
 dique Levitarum comprehendebantur: minime autem aliorum  
 aedes in urbe, cui murus circumdatus, quas, nisi intra annum  
 redimerentur, nunquam dominus recuperabat, v. 29-34. Excipit  
 Philo agros voto consecratos; scribit enim l. de septenario p. 1187,  
 omnes opes restitui διὰ τῶν κατ' εὐχὴν ἀνιερωθέντων ἀγρῶν ἐν  
 τῇ τάξει τῶν ἀναθεμάτων. ἀνάθεμα δ' ἔχ' ὅσον ἀκυροῦσθαι χροῖον  
 exceptis agris voto consecratis instar donariorum. Donarium autem  
 nefas est tempore irritum fieri. Vide Lev. XXVII, 16--24, in pri-  
 mis 21. Ceterum hoc iure iubileum praestabat anno sabbatico,  
 quicum reliqua iura communia fere habebat. Maimon d.c. X § 16  
 ותורה שביעית על היובל שהשביעית משמטת כספיהם  
 ולא יובל ויותר יוכל על השביעית שהיובל מוציא עבדים  
 ומשמיט קרקע Praestat sabbaticus annus iubileo, eo quod remit-  
 tit debita, iubileum vero non: ac vicissim praestat iubileum sabbat-  
 tico, quia educit servos, & reddit fundos. Fiunt in iubileo eadem,  
 quae anno septimo, προσείληθε δὲ πνεύμα μείζονα, λήψιν τῶν ἰδι-  
 ων κτημάτων, & accedunt alia maiora, scilicet in pristinas posses-  
 siones restitutio, Philo περὶ Φιλανθρωπ. p. 704. Legem vero hanc  
 de non abalienandis in perpetuum agris violatam saepe esse,  
 Abr. Ramburtius Diss. de iubil. legali Evangel. & Pontif. thes. VII  
 p. 573 colligit ex Es. V, 8, & Achabi exemplo i Reg. XXI.

§. 4. Tertium iubilei privilegium erat, ut דָּרוֹר בְּאַרְץ־יִשְׂרָאֵל  
 כל-יִשְׂרָאֵל libertatem omnes terrae incolae consequerentur v. 10  
 Quos intellectos velit lex per incolas, aperit v. 39. 42. 46. Soli vi-  
 delicet Hebraei & Israelitae hoc iure fruebantur. Qui ex aliis  
 G genti-



gentibus erant Hebraeorum servi, לעולם quoad viverent, servire cogebantur, neque in eos hoc iubilaei beneficium redundabat. Etiam profelyti eo excludebantur tam domicilii, quam iustitiae, quos vocant, h. e. qui sacra Iudaica erant amplexi. Iudaeus vero ferviens profelyto in libertatem restituebatur, v. 44-55. Nec attinebat, si quis sua sponte se ipse vendidisset, seu sententia iudiciali venditus esset. Tametsi vero annus sabbaticus quoque hac immunitate erat cohonestatus, ac libertatem elargiebatur: eo tamen praestabat iubilaeum, quod iis etiam, qui per sabbaticum voluntate sua cum uxore & liberis in servitute permanferant, & in huius rei signum subula perforari siverant auriculam, Exod. XXII, 6, reditum ad familiam suam aperiebat & liberabat. *Servi subulati exierunt tempore iubilaei R. Bechai v. 10.* Eiusdem iuris per v. 44 participes fuerunt ancillae Hebraeae. Servi quoque prolem suam simul abducebant v. 41. 54. De uxore tacet lex, sed Hebraeorum doctores v. 41, ubi dicitur ויצא הוא & egreditor ipse, per הוא una uxorem significari confirmant. *Talkut: תלמוד לומר הוא ואשתו ובניו Doctrina est dicere ipse, uxor & liberi eius.* Antequam dimitterentur, novendialis hilaritas indulgebatur, ubi, ut ait *Cunaeus de R. H. lib. I c. II p. 10* publice quaedam veluti Saturnalia agitantur. Adponemus *Maimon.* verba ex saepe dict. c. X § 14, quae & *Cunaeus* scitu digna iudicavit: מראש השנה עד יום הכפורים לא היו עבדים נפטרים לבתיהן ולא משתעבדין לארוניהן ולא השרות חוזרות לבעליהן אלא עבדים אוכלין ושותים ושמחים ועטרותיהם בראשיהם כיון שהגיע יום הכפורים תקעו בית דין בשופר נפטרו עבדים לבתיהן וחזרו שדות לבעליהן *Ab initio anni usque ad diem expiationum neque dimittebantur servi, neque serviebant dominis suis, sed nec agri restituebantur. Quid igitur? edebant, bibebantque servi, atque hilares erant, & coronam quisque capiti suo imposuit: Mox, cum dies expiationum venisset, senatores Sanhedrin tubis claxere, atque e vestigio liberi abierunt servi, & reddita dominis praedia sunt.*



## VI

**I**ubileum primum incidit in A. M. 2548, ultimum in A. M. 3348, & celebrata fuere iubileae XVII.

## §. I.

**N**egarunt nonnulli, iubileum ullum unquam fuisse celebratum. *Torniellus in Annal. ad A. M. 2584 n. 2 & 3* probabiliter saltem dici posse opinatur, ante Babylonicam afflictionem nunquam Iudaeos observasse. *Ioseph. Scaliger de Emend. Tempor. prolegom. praecepta*, inquit, *fuit tantum, non recepta iubilei observatio*. Quod cur suspicati sint tanti viri, & dubitari non potest, & a Scaligero docetur. Iubilei nimirum mentionem nusquam, nisi in legererunt. At huic tamen sententiae quam paucissimi subscribunt. Quis persuaderi sibi patiatur, Davidem, Iosaphatum, aliosque maxime probos, & summa religione ac pietate reges, & Iudices, cum omnis legis observandae studiosissimi essent, hanc tam arduam, tamque magnam neglexisse? De illo *Sirac. XLVII, 12* ἔδωκεν ἐν ταῖς ἑορταῖς εὐπέπειαν, καὶ ἐκόσμησε καὶ εἰς μέγας συντελείας, *decoravit festa tempora, ornavitque absolutissime*. Iudaeorum testimonium, quod iubileorum observationem confirmat, suo quoque pretio aestimandum est, nec sine ratione spernendum. Fatemur, in omnibus scriptorum sacrorum monumentis, nisi in Mosaicis, iubilei nullam haberi mentionem. Invenieris autem non paucas leges alias, de quibus, etsi itidem impletae non memorantur, dubitare ausit nemo. Ecquid enim vero opus erat, iubilei observationem referri, quando in ea nihil novi usu veniebat, quod non diligentissime expositum in Mose legeretur? Credo ego silentium illud iis potius ad suae causae defensionem prodesse, qui Scaligero adversantur. Grande & plane memorabile facinus fuisset, si huius tam sancti anni solemnia Hebraei prorsus omisissent. Vates vero divino instinctu excitati populum Israeliticum, si quid admisisset, ingenue semper & severe castigarunt: quomodo igitur hunc insignem divini edicti contemptum possunt reticuisse? Sunt praeterea, qui observati a Iu-



daeis iubilei vestigia reperiri posse non desperant. Ioramus, rex  
 Israelitarum, mulieri Sunamitidi, exactis septem annis, quibus  
 peregrinata erat in Philistinis, domum & agrum restitui curat.  
 2 Reg. VII, 6. Id nonnulli ex iubilei privilegio factum esse aiunt.  
 Reclamant quidem alii, propterea quod, Ioramo rege, iubileum  
 fuerit nullum. Possunt tamen priores hoc ita expedire, aut Io-  
 ramum ipsum, dum regnaret, iubileum celebrandum habuisse,  
 aut saltem, absente muliere, paulo ante Iorami regnum iubileum  
 incidisse, & illam reversam per iubilei proximi privilegium, quo  
 ceteri perfructi erant, recipere postliminio sua voluisse. Nam, ut  
 illi quidem volunt, A. M. 3053 regnum auspiciatus esse videtur  
 Ioramus: at quinquennio ante, A. M. 3048, iubileum esse oportuit.  
 Atque hunc annum comprehendendi septennio, quo mulier  
 abfuit, inde liquet, quod isto restitutionis beneficio a Ioramo pri-  
 mis regni annis adfecta videtur, v. 16. Alii Ezech. XXIX, 17, ubi  
 septimi & vicesimi anni, epocha nulla nominata, fit mentio, iu-  
 bilei periodum notari putant. Iudaei plerique annos Nabucho-  
 donosoris intelligunt. *R. Sal. Iarchi*: factum est anno XXVII  
 למלכות נבוכדנצר *regni Nebucadnezar. R. D. Kimchi* eodem mo-  
 do explicat atque addit: וכן כתוב בסדר עולם בעשרים וכן  
 ושבע לבוכדנצר נתנה מצרים כירו *Sic scriptum est in Seder  
 Olam, anno XXVII Nabuchodonosoris subiecta ei est Aegyptus. An-  
 nus vero XXX Ezech. I, 1 a nonnullis Hebraeis de iubilei cyclo  
 intellectus est. Kimchi ait הזה כתב ארני אבי זל כי  
 לפי פשוטו פירושו שלשי שנה ליוכל* *Patrem suum  
 scripsisse, se sensu simplici de XXX anno iubilei explicare.* Sunt  
 ergo observata iubileia; verum omniane stricte, an aliqua inter-  
 missa, porro quaerendum. Qui aliqua neglecta esse aiunt, has  
 fere rationes in promptu habent. Ipse legislator praesagebat  
 fore, ut non omnia sabbata, pro eo ac oportebat, observaren-  
 tur Lev. XXVI, 35. Manifestum quoque violati anni sabbatici e-  
 xemplum Jer. XXXIV, 16 reperitur. Vltus est Deus violationem  
 sabbatorum iugo Chaldaeorum & deportatione in Babyloniam  
 2 Chron. XXXVI, 21. Non nisi alta pace populi Hebraei obser-  
 vari potuisse, eaque re forte esse factum, ut rara fuerint iubileia,  
 Cleri-



*Clerici* est coniectura. Nos cum *Cunaeo* aliisque semper summa religione observata fuisse existimamus, quia inde agrorum possessiones & restitutiones, emtiones ac venditiones pendebant. Dubitandi rationes ad annos sabbaticos pertinent, quos etiam qui dixerit fuisse omnes, quanquam non omnino sive per omnia celebratos, illis momentis fortasse non recte redarguetur.

§. 2. Quia obscurissimae sunt temporum rationes, quas hic nostrum non est evolvere, viam vulgarem, quam supra ingressi sumus, ad inquirendum primi iubilei tempus, interim liceat tenere. Declaratum est, evasisse Israelitas ex Aegypto

A. M. 2453. Anno

46 post κληρονομία eveniebat, Ios. XIV, 10. Abs quo tempore, quia tum agrorum cultura coepit, hebdomadam annalium auspiciam recte repetitur. Si nunc addantur, ad iubilei cyclum complendum,

49, tempus iubilei primi erit

A. M. 2548, P. I. 3312, C. 8, D 6, A. C. N. 1401, ante Olymp. 627, ante V. C. 651. Qui a finita peregrinatione Israelitarum in solitudine locisque Arabiae desertis, anno XL, postquam ex Aegypto educti erant, aut ab eo tempore, quo Iordanem traiecerunt, auspiciandas censent hebdomadas annorum, contra legis sententiam v. 3 facere censemus. Numeris rotundis aliqui tantum tribuunt, ut pro 2548 substituunt 2550, quos tamen nihil moramur.

§. 3. Anni sabbatici non prius cessarunt, quam a Tito everfa est omnis Iudaeorum respublica. Quod ex parte constat *Iosephi* testimonio, qui lib. XI, c. VIII. p. 386 Pontificem scribit ab Alexandro petiisse & impetrasse τὸ ἑβδομῶν ἔτος ἀνεῖσθαι ἀνεῖσθαι, ut septimus quisque annus liber esset & immunis. Iubileum vero, deleto per Nabuchodonosorem priori templo, fuit nullum, *Cunaeus* d. l. p. 26. Quod *Clericus* item *Talmudicos* fateri dicit. *R. Mos. Maimon. Schmitt. Viob c. X § 8* citius, regno scilicet Israelitarum Samaritano per Tiglath-Pillasserum everso, desisse docet:

משגלה שבט דאוכן ושבט גר וחצי שבט מנשה בטלו  
היובלות שנאמר וקראתם דרור בארץ לכל יושביה בזמן שכל

G 3

יושבים



וְשָׁבָה עִלְיָהּ *ex quo abducta est tribus Ruben, Gad & dimidia  
 Manasse, cessarunt iubea, quia dictum est (v. 10) proclamato re li-  
 bertatem in terra omnibus incolis eius, eo tempore, quo omnes ha-  
 bitant in ea.* Dissensum ut tollant nonnulli, eius mentem esse  
 dicunt, eo tempore in Israelitarum terra, non in Iudaea finem  
 iubileorum fuisse. Videtur sane ipse *Maimon. d. c. § 3* spatium hoc  
 usq; ad sanctuarii prioris exustionem prorogare: אָהָרֹן עַל פִּי שְׁלֵמֹה  
 וְכֹלֵי *etiamsi iubileum nullum fuit,  
 ex quo templum secundum stetit, tamen numerarunt ea propter annos  
 sabbaticos celebrandos.* Ex quibus verbis non tantum manifestum  
 fit, quod modo docebamus, annos sabbaticos longe superasse  
 iubea: sed amplius ostenditur, cyclum iubilei, unde annorum  
 sabbaticorum numeratio pendeat, licet sine privilegiorum ob-  
 servatione, usque ad postremam Iudaeorum cladem, a Romanis  
 acceptam, obtinuisse. Quinimo hodie eodem adhuc uti Iudaeos  
 nonnulli ferunt. Quod si vero (ut revertamur unde digressi  
 sumus) templi excidium prioris iubileorum terminus est, tem-  
 pus postremi ita constituendum. Ex Aegypto educti Israelitae,  
 ut diximus, A. M. - - - 2453.

Templum Salomoneum per 1 Reg. VI, 1 extructum ela-  
 plis annis 480, adeoque anno post 481.

Salomo per 1 Reg. XI, 42, 1 Reg. VI, 1 annis 36  
 post naturae concessit.

Ieroboam confestim regni partem rapuit, & foedum  
 cultum invexit, a cuius initiis usque ad templi ex-  
 cidium, ut docet Ezech. IV, 5, effluxere anni 390.

Dirutum ergo templum A. M. - - - 3360.

Si subtrahas iubilei primi annos - - - 2548

& qui supersunt - - - 812

divides per cyclum iubilei, L, deprehendes annos XII effluxisse,  
 a iubileo postremo, dum excidebatur templum. Ergo si ab an-  
 no excidii superiori 3360 subtrahantur anni superstites XII, an-  
 nus postremi iubilei evadet A. M. 3348, P. I. 4112, C. ☉ 24, ♀ 8,  
 Olymp. XLIV anno I, V. C. 149, A. C. N. 601.

§. 4.



§. 4. In finitae sunt eruditorum diffensiones ac dissidia de numero ac distributione iubileorum, quae ex obscuris temporum intervallis oriuntur. Hebraeis vero ipsis nemo fortasse infelicius rem expedivit. Vnum adducam R. Sal. Iarchium ad Ezech. IV, 5. 6, qui ex R. Iosephi suaque mente ita tradit:

Fuere Israelitae in ditone ac potestate		
Cufanis annis	8	ח' שני' ביד כושן
Eglonis -	18	יח' ביד עגלו'
Siferae -	20	כ' ביד סיסרא
Madianitarum -	7	ז' ביד מדי'
Ammonitarum -	18	יח' ביד בני עמון
Philistinorum -	40.	מ' ביד פלשתו'
Qui conficiunt	111.	הרי קי"א
A Micha usque ad tempus, quo abducta est arca Eli aetate, effluxerunt anni	40.	מן מיכה עד שנשבר הארון בימי עלי
Sic habentur	151.	מ' קנ"א
Numeratis porro annis		הרי חשב לירבע'
Ieroboami, filii Nebati	22	בן נבט
Nadabi, filii	2	נדב בנו
Baasae -	24	בעשא
Ellae, filii -	2	אלה בנו
Amri -	12	עמרי
Achabi -	22	אחאב
Ochoziae filii -	2	אחזיה בנו
Iorami, fratris eius	12	ויהורם אחיו
Iehu -	28	ויהוא
Ioachasi -	16	ויהואחז

Ioasi



Ioasi, filii	16
Ieroboami, filii	41.
Qvi dant	350.
Atqve amplius	
Menachemi, filii Gadi	10
Pekaiæ, filii	2
Pekæ, fil. Remaliae	20
Hoseæ filii Ellæ	9.
Hi collecti exhibent	391

Sed annus Hoseæ ultimus adnumerandus non est, quia anno eius nono capta Samaria, adeo ut regnum Hoseæ non nisi VIII annorum sit.

En nunc 390.

Iniquitas domus Iudæ est XL dierum, h. e. inique egerunt Iudæi XL annis, ex quo abductæ decem tribus, dum Hierosolyma everfa est. Sunt scilicet anni

22 Manassæ, quia scriptum de eo, secundum omnia, quæ egit Achabus; iam Achabus regnavit annis 22,

2 Ammonis,

11 Ioiakimi.

Et hoc Ezechiel vaticinium accepit anno

5 Zedekiaæ. En h. m. illos annos

40.

והואש בנו יו  
וירבעם בנו מא  
הרי שן שנה

ומנחם בן גרי  
פקחיהו בנו כ  
ופקח בן  
רמליהו כ

והושע בן אלה ט שנים  
הרי שצא

ושנה אחרונה להושע אינה  
מן המנין לפי שבשנה ט  
להושע נלכדה שמרון ולג  
היה חשבון המלכו להושע  
אלא ה שנים  
הרי שצ

עון בית יהודה מ ווס  
מלמר שחטאו בית יהודה  
משגלו עשרת השבטים עד  
שחרבה ירושלם ארבעי שנה

כב של מנשה שכתוב בו  
ככל אשר אחאב ואחאב  
מלך עשרים ושתים

ושתים ראמון  
ויא דיהויקים

ונבואה זו נאמרה  
ליחזקאל בשנה

החמישית לצדקיהו

הרי ארבעים

Summa



Summa ergo omnium illo-  
rum est 470. Ac post hoc Eze-  
chielis vaticinium sunt 6 anni.  
Hi conficiunt octo iubelea &  
XXXVI annos. Quod si iam  
a 400, quos requirunt VIII iu-  
bilea, hos ipsos octo annos iu-  
bileos, non ingredientibus nume-  
rum sabbaticorum, demas, relin-  
quentur 392, h. e. sabbatici 56,  
ac deprehendes 400 annos dare  
56 Sabbaticos &  
8 Iubileos, qui collecti  
64 conficiunt.

Porro annis illis 36, qui su-  
perabant ante, continentur  
5 sabbatici, ut omnium illo-  
rum sabbaticorum & iubi-  
leorum summa sit  
69.

Postremus vero iubeleus an-  
nus imputatus est ipsis in pecca-  
tum, quia in iniquitate sua abdu-  
cti sunt ex terra. Ecce iam LXX  
anni sancti sunt ad sabbatum seu  
cessationem, quia non cessave-  
rant in eis Israelitae. Quapro-  
pter captivi facti & retenti sunt  
LXX annis, ut praestaret Deus  
pradictionem illam (Lev. XXVI,  
34) Tunc acquiescet terra sabbatis  
sive cessationibus suis; & quod  
scriptum est 2 Chron. XXXI, 21:  
Ad implendum verbum Iehovae

סך כלם ארבע מאות ושלשים

ואחר הנבואה הזאת שהן שש

שנים הרי שמנה יובלור

ושלשים ושש שנה בשמנה

יובלור שמונה שבין

שמיטות הרי חמשים ושש

שנור שמיטה

ושמונה שנות יובל

הרי ששים וארבע

ובשלשים ושש שנה יש

חמש שנות שמטה

הרי סט שמיטין

ושנת היובל האחרון נחשבה

להם לעון שהרי בעונם גלו

ממנור הרי שבעים שנה

מקודשים של שמיטה שלי

שמטום ישראל לפיכך גלו

שבעים שנה לקיים אז

תרצה הארץ את שבתותיה

והזאת שכתוב וברו הימיו

למלאת דבר יי' בפי ירמור

H

dictum



dictum ore Ieremiae c. XXXIV,  
17 donec acquievisset terra fab-  
batis suis : omnibus diebus de-  
solationis quievit, complendo  
LXX annos.

עד רצתה הארץ ארבע  
שבתותיה כל ימי השמי  
שבתה למלאות שבעים  
שנה :

§. 5. Haud paulo melius designantur tempora eorumque  
intervalla h. m.

A. M. 2499 est primus hebdomadam annalium, uti ex supra-  
dictis constat.

A. M. 3360 templi excidium evenit, quod iubileorum termi-  
num faciunt tantum non omnes. Abs quo nu-  
mero si demas priorem, invenies spatium, quo ob-  
servata sunt iubelea, esse annorum 861. E quibus sic constitu-  
tis prodibunt XVII iubelea h. m. digerenda

I	A. M. 2548	cum praecesset	Othoniel,
II	2598	-	Aodus,
III	2648	-	Debora & Baracus,
IV	2698	-	Gedeon,
V	2748	-	Iairus,
VI	2798	-	Samson,
VII	2848	-	Eli,
VIII	2898	regnaret	David,
IX	2948	-	Salomo,
X	2998	-	Afa & Baasa,
XI	3048	-	Iosaphatus & Ioramus,
XII	3098	-	Ioas & Ioachas,
XIII	3148	-	Azarias & Ieroboamus II
XIV	3198	-	Iothamus & Peka,
XV	3248	-	Hiskias,
XVI	3298	-	Manasses,
XVII	3348	-	Ioiakimus.

VII. An-



**A**ntitypus iubilei est cum primis Novum Te-  
stamentum & felicitas coelitem aeterna.

§. 1.

**T**emerarii alioquin & supra modum curiosi habentur, qui Dei  
consilia introspicere student. Etenim لا يَنْهَيْتُ الْعَرْشَ وَاللَّاهُتِ  
non intercedit notitia inter Deum & homi-  
nes. At temeritatis tamen nota non cadit in eos, qui, quae ea-  
re, ut cognosceremus, divinitus exposita sunt, scrutantur. Deus  
certe frustra iubileum promulgasse credendus non est, quando  
hoc ipsius infinitae sapientiae parum conveniret. Imo vero hu-  
ius innumera argumenta in unico hoc incomparabili instituto  
cernuntur. Usus eius multiplex fuit, civilis, moralis, Chrono-  
logicus & Theologicus. (a) *Civilibus* Hebraeorum rationibus  
apprime iubileum expediebat. Aversabatur Numen tribuum  
permissionem, ut ea, unde Christus erat aliquando proditurus,  
sincera & illibata servaretur, neque adeo agros patrios ad alienos  
possessores transire volebat. Philo *περὶ ἐβδομ.* p. 1187 πρῶτον  
μὲν τὸδε τὰς ἀλλοτριωθεῖσας κτήσεις ὄνεται δεῖν ἀποδοῦναι  
τοῖς ἐξ ἀρχῆς κυρίοις, ἢ αἰ κληρονομία τοῖς γένεσι Δαδ. Φυλάττων-  
ται, *primum istud est, ut alienatas possessiones censeat reddendas  
esse prioribus dominis, quo haereditatum sortes familiis conserven-  
tur.* (b) *Morum praecepta* quamplurima declarat commendat-  
que. Otium volebat esse Deus per iubileum, ut divinae potius  
curae & benignitati, quam studio suo, labori & diligentiae Is-  
raelitae fidendum esse discerent. Reddere coemptos fundos iu-  
bebat, ne dolo frequenti, aut avaritiae locus esset. Inprimis  
beneficos & misericordes in egenos esse cupiebat. Quapropter  
haec lege non modo semel atque iterum significat, quantum opere  
curae sibi sint miseri, quamque adflitos & pauperes miseretur  
ipse, sed v. 35 graviter praecipit וְהוֹרֵתִי confirmato atque e-  
rigit, si quis facultatibus fuerit attenuatus. Vid. R. Sal. Iarchi  
H 2 in h. 1.



in h. l. Alii quoque Hebraei, ut *Seb. Munsterus* v. 5 observat, rationem huius praecepti de otio assignant, ut scilicet divites oculos suos sustollant in coelos, & cogitent miseram pauperum conditionem; ut, cum ipsi in septimo & iubileo anno querantur, quid edemus, quid bibemus? recordentur, pauperes semper esse in illa cura & angore, qui nunquam serunt aut metunt; & sic in aliis annis liberaliores sint erga eos. (γ) *Chronologiae* quid profuerint iubilea, quae tam apte secula distingunt, & minora quoque temporum intervalla moderantur, est plane manifestum. Scaligero enim hic non credimus, certam iubileorum rationem Iudaeis non fuisse, praesertim, quum ipse sabbaticorum annorum, qui sine iubilei saltem cyclis servari non poterant, accuratam observationem illis concedat. (δ) *Theologiae* duo capita gravissima & maxima de N. T. & vita aeterna quemadmodum *πικρῶς* illustret, deinceps separatim exponemus.

§. 2. Vatum facile princeps, Esaias, dudum aperuit, iubileum N. T. statum significasse. Inducit enim Servatorem promittentem libertatis anni que accepti proclamationem, cap. LXI, v. 2. Quod Christus, quo certiores sumus, nec *Chaldaei, Iudaeorum, Grotii, Calvinii, Musculi* & reliquorum calumniis moveamur, ipse de se explicat Luc. IV, 19. Christianus coetus & mente consentit, & voce profitetur rei huius veritatem, cum concinit pie, & Conservatoris sui optimi beneficium praedicat: *es bringt das rechte Jubel-Jahr.* Neque obstat, momentis aliquot distingvi iubileum & N. T. quorum *quinque* tradit *Rambur-tius l. d. thes. XX p. 757*, quando in quavis, licet aptissima similitudine, dissimilia plurima invenias. *Vitae aeternae* imaginem, esse iubileum, evincit vel sola terrae sanctae cum summa coelorum felicitate similitudo, quam scriptores sacri saepenumero tradunt. Spatio exclusi ea, quae pluribus exponere constitueramus de typi & antityporum aptis rationibus, in tabula velut exhibere liceat & conferre.

I. Iubileum buccina significabatur.

Vates divini praedicantes N. T. tanquam buccinae extollebant  
vocem



voce[m] suam Esa LVIII, 1, Zach. IX, 14. Ut adeo opus non  
fit, cum nonnullis ridicule Paulum a  $\pi\epsilon$  os &  $\alpha\upsilon\lambda\omicron\varsigma$  tibia,  
quasi os tubae, dictum putare.

II Buccina iubilei erat arietina.

Agnus Dei, qui tollit mundi peccata, Evangelii tubam ex se,  
non aliunde dedit Ioh. I, 17, imo ipse est cornu salutis Luc. I,  
69. Iudaei, qui Isaaci arietem respici dicunt, nugantur.  
Vitae aeternae candidatos vox Archangeli & Dei tuba exci-  
tabit I Theff. IV, 16.

III Iubilei buccina ubique in omnibus viis plateisque personuit.

In omnem terram exivit sonus Apostolorum Rom. X, 18. At-  
que in eo veteres Iudaei non errabant, qui dicebant, magnum  
fore tubae sonum in adventu Messiae, attendentes locum.  
Zach. IX, 14. Iussit sane Christus exire buccinatores suos in  
plateas & vicos urbis, ad vias & sepes, Luc. XIV, 21. 23.  
Ad promulganda plena vitae aeternae auspicia mittet Christus  
Angelos suos cum tubae voce magna Matth. XXIV, 31.

IV In Iubileo cessationem, sabbatum & quietem oportebat esse.

In N. T. est cessatio a ritibus innumeris Iudaeorum. Sabbata fue-  
re umbra rerum futurarum, at corpus est in Christo Col. II, 16. 17.  
In aeterna coelitem vita reliquus est aliquis sabbatismus popu-  
lo Dei Heb. IV, 9. De sabbato in sabbatum veniet omnis ca-  
ro ad incurvandum se coram Deo, Es. LXVI, 23.  
In Domino mortui requiescunt a laboribus suis, Apoc. XIV, 13.

V Per iubileum erant communes fructus, quos terra sponte  
sua efferebat.

Novi Test. temporibus non est distinctio vel Iudaei, vel Grae-  
ci, nam idem est Dominus omnium Rom. X, 12. Unus Do-  
minus, una fides, unum baptisma, unus Deus & Pater omni-  
um, qui est super omnes, & per omnes, & in omnibus vobis,  
Eph. IV, 5. 6.



Coelites cum Abrahamo, Isaaco & Iacobo accumbentes iis  
vescentur, quae coelo nascuntur. Atque lignum vitae spon-  
te mensibus singulis praebet fructus suos, Apoc. XXII, 2. Deus  
ibi erit omnia in omnibus.

VI Pauperibus potissimum usui erat Iubileum.  
Pauperibus praedicatur Evangelium, Matth. XI, 5.  
Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelo-  
rum, Matth. V, 3.

VII Servos iubileum restituebat in libertatem.  
De N. T. Paulus Galatis perscribit: Vos ad libertatem vocati  
estis fratres, Gal. III, 13.  
Hoc consummato mundo plene apparebit libertas gloriae  
filiorum Dei, Rom. IIX, 21.

VIII Fundos iubileum reddebat Dominis suis.  
Verbum & Sacramenta, quae sibi vindicaverant Iudaei, Psal.  
CXLVII, 19. 20. N. Test. toti orbi patent, Act. XVII, 30  
Statum coelitem beatorum consecutus restituitur in paradi-  
sum, unde exclusus fuit, Luc. XXIII, 43.

*ERRAT.*

I. lin. 4. leg. D 7. I. §. 5. lin. 17. undeviginti, qui residui sunt 7. II.  
§. II. lin. 3. Ios. VI. III. §. 3. circa fin. prop. אשר זרעו &c.





94 A 7368

ULB Halle  
002 928 582

3



10 17











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



שׁוֹר

EBRAEO-  
ILEVM,

xpositum,  
OCO,

ophorum Ordine  
dato,

VS BVCKIVS,

. Saxo,  
re,

שׁוֹר  
S GVNCKEL,

zburgicus,  
it,

Anno cIdo Idcc.

RG AE,  
OEDTERI, Acad. Typ.

